UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

**Gruterus, Janus**

**Francoforti, 1614**

III. Onuphrii Panuinii Romanorum Pontificum pars prima, secunda, tertia, &c. additis Episcopis, Cardinalibusq[ue], &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64659

Visual Library

# ONVPHRII PANVINII VERONENSIS FRATRIS EREMITÆ AVGVSTINIANI,

## *ROMANORVM PONTIFICVM PARS PRIMA.*

### S. Petrus Pontifex I.

ANNO CHRISTI XLIV.

SANCTVS Simon Petrus Cephas Ioannes filius Bethſaidenſis Galilæus, Ieſu Chriſti diſcipulus, atque ab eo Princeps Apoſtolorum deſignatus, primus Romanã Eccleſiam fundauit, erexitque, ac in ea Epiſcopus primus, T. Claudio Cæſ. Aug. Germanico; & Imperatore Nerone Claudio Cęſ. Aug. Germanico, ſedit an. 24. menſ 5. dies 12. à die ſcil. 15. Cal. Febr. Ti. Claudio Druſi filio Cęſ. Aug. Germanico III. & L. Vitellio P Filio II. Conſulib. qui annus erat poſt Chriſti Natalem 44. quo primum ingreſſus eſt vrbem; vſq; ad diem 3. Cal. Iulii, C. Fonteio L. Filio Capitone; & C. Iulio C. filio Ruſo Coſſ. Is annus Chriſti Natalis erat 68. in quo Imperatore Nerone Claudio Auguſto, Romæ capite deorſum verſo, in cruce affixus eſt, atque in monte Vaticano ſepultus.

ANNO CHRISTI LVII.

BEatus Apoſtolus Petrus, Romanũ agens Pontificatum, quum ſolus quotidianis fidelis populi neceſſitatib. non ſufficeret, duos Chorepiſcopos creauit, Linum in Vrbe, & Cletum in ſuburbiis, quib. ſacerdotale miniſterium populo Rom. & aduenis, qui ad ſe veniebant exhibentibus, ipſe orationi, & prædicationi populum erudiens, vacaret.

ANNO CHRISTI LXVIII.

SAnctus Pontif. Petrus, paulò ante obitum ſuum, quum martyrii ſui tempus appropinquare, domino reuelante,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cognouiſſet, beatum Clementem S.R.E. veterem Pref-
terum, Epiſc. Rom. deſignatum, in ſucceſſorem ſuum
manuum impoſitionem conſecrauit; eiq; Cathedram E-
ſcopalem, & Rom. Eccleſiam poſt ſe ab eo regendam, com-
mendans; Ego (inquit) eandem tibi poteſtatem ligandi, a
ſoluēdi trado, q̃ mihi Dom. meus Ieſus Chriſtus reliquit,
qua ſpretis ac contemptis reb. omnibus, tum corporis, ac
fortunæ, oratione, & prædicatione, ſaluti hominū, vt bo
paſtorem decet, conſule. His itaq; diſpoſitis, quum ordina-
tiones nonnullas Romæ menſe Decembri feciſſet, quib. E-
piſcopos 6. Presbyteros 10. & Diaconos 7. creauit, nō lon-
ge poſt, martyrio cum Paulo Apoſt. coronatus, occubuit.

## S. Linus Pontifex II.

### ANNO CHRISTI LVII.

S. Linus Herculani filius Volaterranus Etruſcus, Pet
Apoſt. diſcipulus, & ab eo cum Cleto Chorepiſcop
ordinatus, ſedit Romę, abſente S. Petro, annos 11. m. 3. d.

Creatus Imp Nerone Claud. Cæſ. Aug. Germanico; Q
Voluſio L. filio Saturnino, & P. Cornelio P. F. Scipion
Conſulib. Anno Chriſti Natalis 57. prid. Id. Iunii: Sedit vſq
ad annum Chriſti 68. & 9. Cal. Octobr. diem, in quo Imp
Nerone Cæſ. Aug. C. Fonteio L. F. Capitone, & C. Iulio C
F. Rufo Coſſ. quum eſſet etiam Clementis, qui primus poſt
Petrum Apoſt. Pontifex Rom. fuit Chorepiſcopus, alter
menſe. & die 26. à Petri morte, capite cæſus eſt, atq; iuxta S
Petri Apoſt. corpus in Vaticano ſepultus. Quum ex man-
dato B. Petri Apoſt. ordinationes duas feciſſet, quibus Epi-
ſcopos 15. Presbyteros 18. & Diaconos . . . ordinauit.

## S. Clemens Pontifex III.

### ANNO CHRISTI LXVIII.

S. Clemens Fauſtini filius Romanus, de Regione II. Cæ-
limontium, primus poſt Petri Apoſt. mortem Roma-
nus Epiſcopus, paulò ante obitum ſuum ab eo deſignatus,
Imp. Nerone Claud. Cæſ. Aug. Ger. Ser. Sulpitio C. F. Gal-
ba: Imp. Cæſ. Aug. Imp. M. Saluio Othone Cæſ. Aug. A. Vi-
tellio L. filio Germanico Imp. Aug. & Imp. Cæſ. T. Flauio
T. filio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

T.filio Veſpaſiano Aug. Romæ ſedit annos 9. menſes 4. dies 26.

A die 3. Cal. Iulii anni 68. vſq; ad annum Chriſti Natalis 77. diemq; 9. Cal. Decemb. In quo Imp. Cæſ. T. Flauio T. filio Veſpaſiano Aug. VII. & T. Flauio Auguſti filio Veſpaſiano Cæſ. V. Conſulib. quum in Ponto, vbi in exilium actus fuerat, occiſus fuiſſet, ibidem ſepultus, iacuit vſque ad tempora Nicolai Papæ I. ſub quo Romam translatus, in Baſilica ſuo nomini dicata conditus eſt.

S. Clemens iuſſu præceptoue beati Petri Apoſt. poſt eius mortem ſuſcepit Romanæ Eccleſiæ Pontificatus adminiſtrationem, ſicuti ei fuerat à Domino Ieſu Chriſto Cathedra tradita vel commiſſa. Hæc Damaſus Papa.

S. Clemens Notarios ſeptem inſtituit, qui geſta martyrum ſolicite, & diligenter perquiſita deſcriberent. ordinationes quoq; duas menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos 15. Presbyteros decem, & Diaconos duos creauit.

## S. Cletus Pontifex IV.

### ANNO CHRISTI LXXVII.

S. Cletus Aimiliani filius Roman⁹ de regione Eſquilina, quartus in ordine Pontificum Romanor. addito Lino; ſecundus verò poſt Petrum Apoſt. Papa; Imp. Cæſ. T. Flauio Veſpaſiano Aug. Imp. T. Cæſ. Veſpaſ. Aug. & Imp. Cæſ. Flauio Domitiano Aug. Germ. Romę ſedit ann. 6. m. 5. d. 3.

Is quum Chorepiſcopus Clementis, ſicut etiam antea & Petri fuerat, remanſiſſet, Clemente in exilium acto, Romanam Eccleſiam rexit, atq; poſt eius obitum, vt antiquior in religione Chriſtiana diſcipulus, & de ea præ cæteris benemeritus, audita Clementis morte, omnium Presbyterorum, & reliquorum fidelium ſuffragiis Pontifex Romanus confirmatus fuit, quum prius ſub Petro, & Clemente Chorepiſcopus fuiſſet annos 20. menſes 8. dieſq; 29.

Sedit igitur à die obitus Clementis; videlicet 9. Cal. Decemb. anni Chriſti 77. vſque ad annum 84. In quo 6. Cal. Maii. Imp. Cæſare Flauio Domitiano Aug. Germanico IX.

& T. Virginio Rufo II. Conſulibus; quum ordinati
vnam x x v. Preſbyterorum feciſſet, occiſus eſt; & in
cano, iuxta S. Petri Apoſtoli corpus ſepultus.

Mortuo Cleto Papa vacauit Roman. Pontificatus

*Hæc autem omnia ex Damaſo Papa Ioannis III. P*
*ficis Maximi epiſtola decretali, & aliis antiquis, prob*
*auctoribus collecta ſunt.*

## S. Anacletus Pontifex V.

### ANNO CHRISTI LXXXIV.

S. Anacletus Antiochi filius Athenienſis Græcus. S.
Preſbyter à Beato Petro Apoſt. factus, quintus Po
Romanus, Imper. Cæſ. Flau. Domitiano Aug. Germa
ſedit annos 12. m. 1. d 27.

Creatus 16. Cal. Iunii. Occiſus 3. Id. Iulii ann. Chriſt
C. Antiſtio L. filio Vetere, & C. Iulio Valente Coſſ. &
S. Petrum in Vaticano ſepultus; quum ordinationes
menſe Decembr. feciſſet; quib. Epiſcopos 6. Preſbyt
Diaconos 3. creauit. eo autẽ mortuo vacauit Ro. ſedes

Operæprecium autem eſſet hic exactiorẽ rationem
dere, qua ductus quinq; Pontificum Romanor. præce
tium ſeriem, cõtra omnium fere cum veterum, tum re
tiorum auctorum, tam Græcorum, quam Latinorum
tentiam, ex Damaſi Papę tamen libello aſſumptam, ho
dine diſpoſuerim. ſed quum res ipſa longiorem oration
quàm quæ modo ſubiici poſſet, deſideraret, ſimulq; q
exactiſſime hæc in eo opuſculo, quod de vita Petri, & P
Apoſtolorum ad Marcellum II. Papam conſcripſi, expli
ſunt, id prætereundum eſſe iudicaui. hoc tantum lecto
admonitũ velim, à me id nõ ab re factũ fuiſſe, ꝙ ex eo lib
quũ impreſſioni dabitur, facile ab omnib. cognoſci pote

## S. Euariſtus Pontifex VI.

### ANNO CHRISTI XCVI.

S. Euariſtus Iudæ filius Bethleemites Syrus; Imp. Cæ
Flauio Domitiano Aug. Germ. Imp. M. Cocceio Ne
Cæſare Aug. & Imp. Cæſare Nerua Traiano Aug. Germ
nico Dacico; Romæ in Cathedra Petri ſedit annos 13. m.

Creatus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Creatus v i. Cal. Auguſti. quumque ordinationes tres menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos v. Presbyteros vi. Diaconos duos creauit; v i i. Calendas Nouembris, anno Chriſti c i x. occiſus eſt, & iuxta S. Petri Apoſtoli corpus in Vaticano ſepultus; App. Annio Trebonio Gallo, & M. Atilio Metilio Bradua Coſſ. poſt cuius obitum vacauit Romana ſedes dies 19.

## S. Alexander Pontifex VII.

ANNO CHRISTI CIX.

SAnctus Alexander Alexandri filius Romanus de vico caput Tauri, Imp. Cæſare Nerua Traiano Auguſto Dacico Parthico, ſedit annos 7. menſ. 5. dies 19.

Creatus xvii. Calend. Decembris; & quum ordinationes tres menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos v. Presbyteros vi. & Diaconos tres ordinauit; v. Nonas Maii, anno Chriſti cxvii. occiſus eſt; & via Numentana, ſeptimo ab vrbe lapide, ſepultus; L. Antiſtio L. filio vetere, & L. Æmilio Æliano Coſſ. Vacauit ſedes menſ. i. dies 4.

## S. Xyſtus Pontifex VIII.

ANNO CHRISTI CXVII.

SAnctus Xyſtus Paſtoris filius Romanus de regione via lata, Imp. Cæſare Nerua Traiano Auguſto Parthico; & Imp. Cæſare Traiano Hadriano Auguſto, ſedit annos 9. menſ. 9. dies 30.

Creatus vi. Idus Iunii, qui quum ordinationes tres menſe Decembri, Epiſcoporum iv. Presbyterorum xi. & Diaconorum iv. feciſſet, viii. Idus Aprilis Anno Chriſti 127. occiſus eſt, & in Vaticano iuxta S. Petrum ſepultus. Veipronio Vero, & Vibullio Pio Coſſ. Vacauit ſedes dies duos.

## S. Theleſphorus Pontifex IX.

ANNO CHRISTI CXXVII.

SAnctus Teleſphorus Anachoretæ filius Græcus, Imp. Cæſ. Traiano Hadriano Auguſto, ſedit an. 11. m. 8. d. 28.

Creatus 5.Idus Aprilis; ordinationibusque quatuo
piſcoporum XIII. Preſbyterorum XII. & Diaconorũ
menſe Decembri factis; Nonis Ianuarii anni Chriſti
occiſus eſt, ac in Vaticano ſepultus. Quintio Nigro Ma
& Sulpitio Camerino Coſſ. Vacauit ſedes dies 7.

## S. Hyginius Pontifex X.

### ANNO CHRISTI CXXXIX.

SAnctus Hyginius Philoſophi filius Athenienſis Gr
Imp. Cęſare T. Ælio Hadriano Antonino Auguſto
ſedit annos II.

Creatus Idib. Ianuariis. quumq; ordinationes tres m
ſe Decembri, feciſſet, quibus Epiſcopos ſex, Preſbyt
XV. Diaconosq; V. creauit 3. Idus Ianuarii anno 150. oc
eſt; & in Vaticano iuxta S. Petrum ſepultus; Ser. Corn
Scipione Orfito, & Q. Nonio Priſco Coſſ. Vacauit ſe
dies tres.

## S. Pius Pontifex XI.

### ANNO CHRISTI CL.

SAnctus Pius Rufini filius Aquilegienſis Imp. Cæ
T. Ælio Hadriano Antonino Auguſto Pio, ſedit an
4. m. 5. d. 27.

Creatus 18. Calendas Februarii. qui quum ordinatio
quatuor menſe Decembri Epiſcoporum X. Preſbyter
XIX. & Diaconorum XI. feciſſet, 5. Idus Iulii, anno 154.
ciſus eſt, ac in Vaticano ſepultus; Brutio Præſente, & An
nio Rufino Coſſ. Vacauit ſedes dies 13.

## S. Anicetus Pontifex XII.

### ANNO CHRISTI CLIV.

SAnctus Anicetus Ioannis filius de Vico Numiſia Syr
Imp. Cæſ. T. Ælio Hadriano Antonino Auguſto Pi
Imp. Cæſare M. Aurelio Antonino Auguſto German
Sarmatico; & Imp. Cæſare L. Ælio Aurelio Vero Comm
do Antonino Aug. Armeniaco, ſedit an. 8. m. 8. d. 24.

Creatus 8. Cal. Auguſti. ordinationes autem quinque

Epiſco

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epiſcoporum IX. Preſbyterorum XVIII. & Diaconorum IV. menſe Decembri fecit. occiſus 15. Cal. Maii, an. Chriſti 163. Sepultusq; Via Appia, tertio ab vrbe lapide, in cœmeterio, q̄ poſtea Caliſti appellatum eſt, Iunio Ruſtico iterũ, & Vectio Aquilino Coſſ. Vacauit Romana ſedes dies 17.

## S. Sother Pontifex XIII.

### ANNO CHRISTI CLXIII.

SAnctus Sother Concordii filius Fundanus Campanus, Impp. Cæſaribus M. Aurelio Antonino, & L. Ælio Aurelio Vero Auguſtis, ſedit an. 7. m. 11. d. 18.

Creatus 3. Nonas Maii; qui quum ordinationes ſex menſe Decembri feciſſet, quib. Epiſcopos XI. Preſbyteros XIX. Diaconosq; IX. creauit, 10. Cal. Maii anni Chriſti 171. occiſus eſt, ac via Appia ad Catacumbas, in cœmeterio q̄ poſtea Caliſti appellatum eſt, ſepultus, L. Iunio Claro; & M. Aurelio Seuero Cethego Coſſ. Vacauit Ro. ſedes dies 21.

## S. Eleutherus Pontifex XIV.

### ANNO CHRISTI CLXXI.

SAnctus Eleutherus Habundii filius Nicopolitanus Græcus; Impp. Cæſaribus M. Aurelio Antonino, & L. Aurelio Commodo Auguſtis, ſedit an. 15. dies 15.

Creatus pridie Idus Maii. ordinationes tres menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XV. Preſbyterorum XII. & Diaconorum VIII. occiſus 8. Cal Iunii, anno 186. & in Vaticano ſepultus, L. Triario Materno, & M. Atilio Metilio Bradua Coſſ. Vacauit ſedes dies 5.

## S. Victor Pontifex XV.

### ANNO CHRISTI CLXXXVI.

SAnctus Victor Felicis filius Afer, Imp. Cæſare M. Aurelio Commodo Antonino Pio Felice Aug. Imp. Cæſare P. Heluio Pertinace Auguſto, & Imp. Cæſ. L. Septimio M. F. Seuero Pio Pertinace Aug. ſedit an. 12. m. 1. d. 28.

Creatus Cal. Iuniis, ordinationes II. menſe Decembri



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fecit Epiſcoporum XII. Presbyterorum IV. & Diaconorum VII. & V. Cal. Auguſti, anno Chriſti 198. occiſus eſt, a[...] Vaticano ſepultus Ap. Claudio Laterano, & M. Mario [...]tio Rufino Coſſ. Vacauit ſedes dies 12.

## S. Zepherinus Pontifex XVI.

### ANNO CHRISTI CXCVIII.

SAnctus Zepherinus Habundii filius Romanus, I[mp.] Cæſ. L. Septimio Seuero Auguſto. Imp. Cæſ. M. Aur[elio] Caracallo Antonino P. F. Auguſto, & Imp. Cæſ. M. Op[elio] Seuero Macrino Felice Auguſto, ſedit an. 20. d. 17.

Creatus IV. Idus Auguſti. Ordinationes IV. menſe De[c]cembri fecit, quibus Epiſcopos XIII. Presbyteros XIII. Diaconos VII. creauit. occiſus 7. Cal. Septembris, an. [...] & in cœmeterio ſuo iuxta Catacumbas via Appia ſepu[ltus] eſt, Brutio Præſente, & Extricato Coſſ. Vacauit ſedes Ro[]mana dies 6.

## S. Caliſtus Pontifex XVII.

### ANNO CHRISTI CCXVIII.

SAnctus Caliſtus Domitii filius Romanus de vico Ra[]uennatium, Imp. Cæſare M. Opelio Seuero Macri[no] Felice Aug. Imp. Cæſ. M. Aurelio Antonino Alagabalo [P.] F. Auguſto, & Imp. Cęſ. M. Aurelio Seuero Alexandro Au[]guſto, ſedit annos 6. m. 1. d. 13.

Creatus 4. Nonas Septembris; quumque ordinationes quinque menſe Decembri Epiſcoporum VIII. Presby[te]rorum XVI. & Diaconorum IV. feciſſet, pridie Idus Octob[ris] anni 224. occiſus eſt, ac in Cœmeterio Calepodii Presby[]teri ſui, via Aurelia, tertio ab vrbe lapide ſepultus, Maximo iterum, & Papirio Æliano Coſſ. Vacauit ſedes dies 6.

## S. Vrbanus Pontifex XVIII.

### ANNO CHRISTI CCXXIV.

SAnctus Vrbanus Pontiani filius Romanus, Imp. Cæſ. M. Aurelio Seuero Alexandro P. F. Aug. ſedit annos 7. menſ. 7. dies 5.

Creatus 12. Cal. Nouembr. ordinationes v. menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopi VIII. Presbyteri IX. & Diaconi V. creati ſunt, occiſus 8. Cal. Maii, anno 232. ſepultus eſt via Appia in cœmeterio Prætextati, M. Aurelio Claudio Pompeiano, & Feliciano Coſſ. Vacauit ſedes dies 30.

## S. Pontianus Pontifex XIX.

### ANNO CHRISTI CCXXXII.

SAnctus Pontianus Calpurnii filius Romanus, Imperat. Cæſ. Alexandro Auguſto, ſedit annos 4. m. 4. d. 27.

Creatus 8 Cal. Iulii, quumque ordinationes duas menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos VI. Presbyteros VI. & Diaconos V. creauit, anno 236. in exilium in inſulam Sardiniam actus eſt; vbi 13. Cal. Decembris mortuus eſt, Romamque relatus in cœmeterio Caliſti via Appia ſepultus, L. Catilio Seuero, & L. Ragonio Vrinatio Tuſconio Quintiano Coſſ. Vacauit ſedes d. 1.

## S. Antherus Pontifex XX.

### ANNO CHRISTI CCXXXVI.

SAnctus Antherus Romuli filius Græcus Imp. Cæſare C. Iulio Maximino P. F. Auguſto, ſedit m. 1. d. 14.

Creatus in Sardinia die poſt obitum Papæ Pontiani XI. Cal. Decembris, & cum Romę menſ. Decemb. Epiſcopum vnum creaſſet, 3. Non. Ianuar. anni 237. occiſus eſt, ac via Appia in cœmeterio Caliſti ſepultus C. Iulio Maximin. Pio Felice Aug. & C. Iulio Africano Coſſ. Vacauit ſedes dies 13.

## S. Fabianus Pontifex XXI.

### ANNO CHRISTI CCXXXVII.

SAnctus Fabianus Fabii filius Romanus, Impp. Cæſaribus Maximino; D. Cœlio Balbino; M. Clodio Maximo Pupieno; N. Anto. Gordiano; M. Iulio Philippo; C. Meſſio Quinto Traiano Decio P. F. Augg. ſedit annos 14. d. 4.

Creatus 17. Cal. Februarii; ordinationibuſque quinque menſe Decembri Epiſcoporum XI Presbyterorum XXII.

& Diaconorum VII. factis, occiſus eſt 13. Cal. Februar in cœmeterio Caliſti via Appia ſepultus, Imp. Cæſare C Meſſio Quinto Traiano Decio P. F. Aug. II. & Q. Herennio Etruſco Hoſtilio Meſſio Traiano Decio iuniore Nobiliſſ. Cæſare Conſulibus. Vacauit ſedes m. 1. d. 26.

## S. Cornelius Pontifex XXII.

### ANNO CHRISTI CCLI.

SAnctus Cornelius Caſtini filius Romanus Impp. Cæſaribus Decio; C. Vibio Treboniano Gallo; & Vi Voluſiano Auguſtis ſedit annos 2. m. 5. d. 27.

Creatus 14. Cal. Aprilis, quumq; ordinationes II. menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopi VII. Presbyteri & Diaconi IV. creati ſunt; 19. Cal. Octob. anni Chriſti occiſus eſt, & iuxta cœmeterium Caliſti via Appia in Prædiolo Lucinæ prope Harenarium in crypta ſepultus Impp. Cæſaribus Gallo & Voluſiano Augg. Coſſ. Valeriano imperatore facto. Vacauit ſedes m. 1. d 5.

## *Nouatianus Antipapa I.*

### ANNO CHRISTI CCLI.

*I. Schiſma.*

NOuatianus Romanus S. R. E. Preſbyter, in ſchiſma contra Cornelium Papam legitimis ſuffragiis crea 14. cal. Aprilis renunciatus ſedit. Verùm in hęreſim lapſus ſacerdotio iniuſtè aſſumpto, & ęcleſia exactus eſt.

## S. Lucius Pontifex XXIII.

### ANNO CHRISTI CCLIII.

SAnctus Lucius Porphyrii filius Romanus, Impp. Cęſaribus P. Licinio Valeriano, & P. Cornelio Licinio Gallieno Piis Felicibus Augg. ſedit annum 1. m. 4. d. 14.

Creatus 14. cal. Nouembris. ordinationem vnam menſe Decembri fecit, Epiſcoporum VII. Preſbyterorum IV. & Diaconorum IV. occiſus IV. Nonas Martii, anno 255. & in

cœme-

cœmeterio Caliſti via Appia ſepultus. Impp. Cæſarib. Valeriano Aug. II. & Gallieno Aug. Coſſ. Vacauit ſedes menſem 1. dies 5.

## S. Stephanus Pontifex XXIV.

### ANNO CHRISTI CCLV.

SAnctus Stephanus Iulii filius Romanus S.R.E. archidiaconus à Cornelio Papa factus Impp. Cæſſ. Valeriano & Gallieno Augg. ſedit annos 3.m.3.d.24.

Creatus 4. Idus Aprilis. ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum III. Preſbyterorum VI. & Diaconorum V. occiſus 4. Nonas Auguſti, & in cœmeterio Caliſti ſepultus anno 258. Impp. Cæſſ. Valeriano III. & Gallieno II. Augg. Coſſ. Vacauit eo mortuo Ro. ſedes dies 22.

## S. Xyſtus Pontifex XXV.

### ANNO CHRISTI CCLVIII.

SAnctus Xyſtus Iunior Philoſophi filius Athenienſis Græcus Impp. Cæſaribus Valeriano, & Gallieno Augg. ſedit an.1.m.11.d.13.

Creatus 8. cal. Septemb. quum ordinationes duas menſe Decembri Epiſcoporum II. Preſbyterorum IV. & Diaconorum VII. feciſſet, occiſus eſt 8. Idus Auguſti, an. Chriſti 260. & in cœmeterio Caliſti ſepultus Fuluio Æmiliano, & Pomponio Baſſo II. Coſſ. Vacauit ſedes dies 15.

## S. Dionyſius Pontifex XXVI.

### ANNO CHRISTI CCLVIII.

SAnctus Dionyſius Græcus Monachus Impp. Cæſaribus Valeriano Gallieno, Valeriano Iuniore & M. Aurelio Claudio Piis Felicibus Auguſtis, ſedit ann. 9.m.4.d.5.

Creatus 11. cal. Septembr. ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum VII. Preſbyterorũ XII. & Diaconorum VI. occiſus 7. cal. Ianuarii, anno 269. & in cœmeterio Caliſti ſepultus, Imp. Ceſare M. Aurelio Claudio P.F. Aug II. & Ouinio Paterno II. Coſſ. Vacauit ſedes dies 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## S. Felix Pontifex XXVII.

### ANNO CHRISTI CCLXX.

SAnctus Felix Conſtantii filius Romanus Impp. Cæſa bus Claudio, & Aureliano Augg. ſedit annos 4. menſ. dies 30.

Creatus Cal. Ianuarii Flauio Antiochiano & Furio Or to Coſſ. ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſco porum v. Preſbyterorum ix. & Diaconorum v. occiſus Calend. Iunii, anno 274. & via Aurelia in cœmeter ſuo ſecundo ab vrbe lapide ſepultus Imp. Cæſ. L. Domi Aureliano Auguſto, & C. Iulio Capitolino Coſſ. Vacau eo mortuo Romana ſedes dies 5.

## S. Eutychianus Pontifex XXVIII.

### ANNO CHRISTI CCLXXIV.

SAnctus Eutychianus Maximi filius Lunenſis Etruſc Impp. Cæſaribus M. Aurelio Valerio Aureliano, M Claudio Tacito, M. Aurelio Valerio Probo, & M. Aureli Caro Piis Felicibus Augg. ſedit annos 9. m. 6. d. 9.

Creatus Nonis Iunii, & quum ordinationes v. menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos ix. Preſbyteros xiv & Diaconos v. creauit, occiſus eſt Idibus Decembris anno 283. ac in cœmeterio Caliſti ſepultus, Caro Auguſto II. & M. Aurelio Numeriano Nob. Cæſ. Coſſ. Vacauit ſede dies 3.

## S. Caius Pontifex XXIX.

### ANNO CHRISTI CCLXXXIII.

SAnctus Caius Caii filius Salonenſis Dalmata, ex genere Imp. Diocletiani Impp. Cæſaribus M. Aurelio Carino, M. Aurelio Numeriano; C. Valerio Diocletiano; & M. Valerio Maximiano Aug. ſedit annos 12. m. 4. d. 6.

Creatus 16. Cal. Ianuarii, ordinationibusque 4. menſe Decembri factis Epiſcop. v. Preſbyterorum xxv. & Diaconorum VIII. occiſus eſt 10. Calend. Maii anno 296. & in

cœmete-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cœmeterio Caliſti ſepultus Imp. Cæſare Diocletiano Aug. VI. & Fl. Valerio Conſtantio Nobiliſſ. Cæſare II. Coſſ. Vacauit ſedes dies 15.

## S. Marcellinus Pontifex XXX.

### ANNO CHRISTI CCXCVI.

SAnctus Marcellinus Proiecti filius Romanus Impp. Cæſaribus Diocletiano, & Maximiano Aug. ſedit annos 7. m. 11. d. 19.

Creatus 8. Idus Maii, quumq; ordinationes duas menſe Decembri feciſſet, Epiſcoporum v. Preſbyterorum IV. & Diaconorum II. occiſus eſt VI. Cal. Aprilis, an. 304. ac via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, in loco qui dicitur Cubiculus Clarus in Crypta iuxta corpus ſancti Creſcentionis ſepultus, Imp. Cæſ. Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Auguſtis Coſſ. Vacauit ſedes Romana menſes 2.

## S. Marcellus Pontifex XXXI.

### ANNO CHRISTI CCCIV.

SAnctus Marcellus Benedicti filius Romanus de Regione viæ latæ S. R. E. Preſbyter Cardinalis, Impp. Cæſaribus Fl. Valerio Conſtantio; C. Galerio Valerio Maximiano, & Fl. Valerio Conſtantino Maximo Piis Felicibus Auguſtis ſedit annos 4. m. 6. d. 21.

Creatus 5. Cal. Iulii. ordinationes menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XXI. Preſbyterorum XXVI. & Diaconorum XII. obiit 17. Calen. Februarii anno Chriſti 309. & in cœmeterio Priſcillæ via Salaria ſepultus, poſt conſulatum Maximiani Auguſti VII. & Iouii Diocletiani X. Vacauit ſedes dies 20.

## S. Euſebius Pont. XXXII.

### ANNO CHRISTI CCCIX.

SAnctus Euſebius Medici filius Græcus Imp. Cæſare C. Valerio Aurelio Conſtantino Maximo P. Felice Auguſto ſedit annos 2. m. 7. d. 27.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Creatus 8. Idus Februarii. ordinationem I. menſe D-cembri fecit Epiſcoporum XIV. Preſbyterorũ XIII. & D-conorum III. occiſus 6. Nonas Octobris anno 311. & Appia in crypta iuxta cœmeterium Caliſti ſepultus Imp. Cæſaribus C Galerio Maximiano VIII; & C. Aurelio Va-rio Licinio Auguſtis Coſſ. Vacauit ſedes dies 7.

## S. Miltiades Pontifex XXXIII.

### ANNO CHRISTI CCCXI.

SAnctus Miltiades Afer, Imp. Cæſare Conſtantino Ma-ximo Auguſto ſedit annos 3. m. 2.

Creatus 6. Idus Octob. ordinationem vnam menſe De-cembri fecit Epiſcoporum XII. Preſbyterorum VII. & Dia-conorum VI. occiſus 4. Idus Decembris anno 314. & in cœ-meterio Caliſti ſepultus, C. Ceionio Rufio Voluſiano; Anniano Coſſ. Vacauit Romana ſedes dies 17.

## S. Sylueſter Pontifex XXXIV.

### ANNO CHRISTI CCCXIV.

SAnctus Syllueſter Rufini filius Romanus. S.R.E. Pre-ſbyter Cardinalis Imp. Cæſ. Conſtantino Aug. ſedit an-nos 21. d. 4.

Creatus 5. cal. Decembris. ordinationes VI. menſe De-cembri fecit Epiſcoporum LXVI. Preſbyterorum XLII. Diaconorum XXVI. obiit pridie calend. Ianuarii anno 33 Sepultus in cœmeterio Priſcillæ via Salaria, tertio ab vr-lapide Fl. Valerio Conſtantio; & C. Rufio Ceionio Albin Coſſ. Vacauit ſed. dies 15.

Sub hoc Pontifice Imp. Cæſare Conſtantino Auguſt primo ex Romanis Principibus ad Chriſti fidem palam conuerſo, & baptizato, perſecutionem procellæ, quib per trecentos ferè annos Chriſtiana eccleſia, quum in Orientie, tum in Occidente à pleriſque Romanis Impe-ratoribus vexata fuit, ſublatæ ſunt: tuncq; maieſtas Ponti-ficia Conſtantino eccleſiæ Romanæ multa, & ingentia dona largiente, aucta maximè eſt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ANNO CHRISTI CCCXXV.

*SAncta & uniuerſalis prima Synodus Nicæna* CCCXVIII. *patrum Epiſcoporum contra Arrium Preſbyterum Alexandrinæ Eccleſiæ patris filiiq́; conſubſtantialitatem negantem conlecta eſt menſe Aprili; Anicio Fauſto Paullino & P. Ceionio Juliano conſulibus.*

## S. Marcus Pont. XXXV.

### ANNO CHRISTI CCCXXXVI.

SAnctus Marcus Priſci filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis à S. Syluestro factus, Imp. Cæſare Conſtantino Aug. ſedit menſes 8. dies 22.

Creatus 7. cal. Februarii Fl. Popillio Nepotiano & Facundo Coſſ. ordinationem vnam menſe Septembri fecit Epiſcoporum XXVIII. Preſbyterorum XXV. & Diaconorum VI. obiit eodem anno pridie Nonas Octobr. & in cœmeterio Balbinæ via Ardeatina ſepultus. Vacauit ſed. d. 20.

## S. Iulius Pontifex XXXVI.

### ANNO CHRISTI CCCXXXVI.

SAnctus Iulius Ruſtici filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis à S. Syluestro Papa factus, Impp. Cæſaribus Conſtantino, & filiis eius Conſtantino, & Conſtantio Iunioribus, Conſtanteq́; Augg. ſedit an. 14. m. 5. d. 16.

Creatus 5. cal. Nouembris, ordinationes III. menſe Decembri fecit Epiſcoporum IX. Preſbyterorum XVIII. & Diaconorum III. obiit pridie Idus Aprilis, an. 351. & in cœmeterio Callepodii via Aurelia III. ab vrbe lapide ſepultus poſt conſulatū Sergii & Nigriniani. Vacauit ſedes dies 25.

## S. Liberius Pont. XXXVII.

### ANNO CHRISTI CCCLI.

SAnctus Liberius Auguſti filius Romanus, S.R.E. Diaconus Cardinalis à S. Syluestro Papa factus, Impp. Cæſarib. Fl. Iulio Conſtantio; Fl. Claudio Iuliano; Fl. Iouiano; Fl. Valentiniano; & Fl. Valente Augg. ſedit an. 15. m. 4. d. 18.

Et primo pacifice annos 4. menſes 3 & dies 4.

Creatus 8 Idus Maii. Pontificatus ab Imp. Cæſare Coſtantio Auguſto hæretico Arriano exactus, atque in Thciam relegatus eſt pridie Idus Auguſti anni 355. Mauor Lolliano; & Arbetione Coſſ. in eius locum factus eſt,

*Felix Antipapa II.*

ANNO CHRISTI CCCLV.

*II. Schiſma.*

FElix II. Iunior Anaſtaſii filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis à Papa Iulio factus, Imp. Cære Fl. Iulio Conſtantio Auguſto in ſchiſmate contra Papa Liberium, ſedit annos 10. m. 3. d. 11.

Creatus in ſchiſmate, viuente Liberio pridie Idus Auguſti. Pontificatus reſtituto Liberio exactus 17. Cal. Decebris anno 357. Imp. Cæſ. Conſtantio Auguſto IX. & Iulino Nobiliſſ. Cæſare II. Coſſ. non paruit; nam, dum vi Pontificatus inſignia in vrbe Roma contra Liberium anuente Conſtantio Imperatore retinuit. ordinatione vnam menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XIX. Preſbyrorum XXI. & Diaconorum V. obiit anno 365. 10. Cal. Decembris; ſepultus via Aurelia in Baſilica ſua, Impp. Cæ Valentiniano, & Valente Auguſtis Conſulibus.

ANNO CHRISTI CCCLVII.

SAnctus Liberius ab exilio reuocatus, pulſo Felice Cal. Decembris in vrbem reuerſus Pontificatum Romanum recepit, illumq; in ſchiſmate tenuit annos 8. men 10. dies 10.

Ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum XIX. Presbyterorum XVIII. & Diaconorum V. obiit 8. Cal. Octobris anni 366. ſepultus via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, Gratiano Nobiliſſimo Puero, & Dagalaipho Coſſ. Vacauit ſedes dies 7.

S. Dama-

## S. Damaſus Pont. XXXVIII.

ANNO CHRISTI CCCLXVI.

SAnctus Damaſus Antonii filius Egitanenſis Luſitanus Hiſpanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis à Papa Liberio factus, Impp. Cæſſ. Flauiis Valentiniano; Valente; Gratiano; Valentiniano Iuniore; & Theodoſio Auguſtis ſedit annos 16. m. 2. d. 10.

Creatus in ſchiſmate à factione Felicis Antipapæ, & conſecratus 6. Nonas Octobris, contra Vrſicinum à parte Liberii Pontificem renunciatum, ordinationes v. menſe Decembri fecit Epiſcoporum LXII. Presbyterorum XXXI. & Diaconorum XI. obiit Romæ 3. Idus Decembris anno 382. & via Ardeatina in Baſilica ſua, quæ nunc dicitur S. Sebaſtiani iuxta Catacumbas ſepultus Fl. Annio Euagrio; & Anthennio Coſſ. Vacauit ſedes dies 30.

*Vrſicius Antipapa III.*

ANNO CHRISTI CCCLXVI.

SAnctus Vrſicinus Romanus S. R. E. Diaconus Cardinalis, in ſchiſmate creatus eſt à factione Papæ Liberii contra Damaſum Diaconum ab Antipapæ Felicis factione renunciatum, & conſecratus à Paulo Epiſcopo Tiburtino 7. Calen. Octobris die poſt mortem Papæ Liberii, ſeditque Impp. Cæſſ. Valentiniano & Valente Auguſtis annum 1. menſ. 1. d. 23.

Qui anno ſequenti 367. 17. Cal. Decembris ſponte abdicauit, & factus eſt Epiſcopus Neapolitanus, Lupicino & Iouino Conſulibus.

ANNO CHRISTI CCCLXXXI.

*SAncta & vniuerſalis ſynodus ſecunda Conſtantinopolitana CL. Epiſcoporum contra Macedonium Conſtantinopolitanum, & Eudoxum Antiochenum Patriarchas hæreticos, ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicentes, congregata, Fl. Annio Eucherio, & Poſtumo Syagrio Coſſ. in qua pulſo Epiſcopatu pertinax Macedonius Nectari⁹, in eius loc. eſt creat⁹.*

## S. Siricius Pontifex XXXIX.

ANNO CHRISTI CCCLXXXIII.

SAnctus Siricius Tiburtii filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Flauiis Gratiano; Valentiniano iuniore; Theodoſio, Arcadio, & Honorio Augustis ſedit annos 15. m. 1. d. 11.

Creatus pridie Idus Ianuarii, ordinationes v. menſe Decembri fecit Epiſcoporum xxxii. Preſbyterorum xxxi. Diaconorum xvi. obiit 8. cal. Martii, ann. 398. ſepultus via Salaria in cœmeterio Priſcillę, Imp. Cęſ. Honorio Aug. IV. & Fl. Eutychiano Coſſ. Vacauit ſedes dies 20.

## S. Anaſtaſius Pontifex XL.

ANNO CHRISTI CCCXCVIII.

SAnctus Anaſtaſius Maximi filius Romanus S. R. E. Preſbyter Cardinalis, Impp. Cæſſ. Flauiis Arcadio, & Honorio Auguſtis ſedit annos 4. m. 1. d. 13.

Creatus Idibus Martii ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum x. Preſbyterorum ix. & Diaconorum v. obiit 5. cal. Maii, anno 402. ſepultus in cœmeterio ſuo intra vrbem prope vicum Vrſi Pileati iuxta locum vbi nunc eſt eccleſia S. Vibianæ in Vrbe Impp. Cæſſ. Arcadio, & Honorio Augg. vtriſq;. V. Conſulib. Vac. ſed. d. 21.

## S. Innocentius Pontifex XLI.

ANNO CHRISTI CCCCII.

SAnctus Innocentius Innocentii filius Albanus S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Arcadio, Honorio, & Theodoſio Iuniore Auguſtis, ſedit annos 15. m. 2. d. 10.

Creatus 14. Cal. Iunii. ordinationes iv. menſe Decembri fecit Epiſcoporum liv. Preſbyterorum xxx. & Diaconorum xii. obiit 5. cal. Auguſti anni 417. & in cœmeterio ad Vrſum pileatum ſepultus; Imp. Cæſare Fl. Honorio Aug. XI. & Fl. Conſtantio V. C. iterum Coſſ. Vacauit ſedes dies 22.

S. Zoſi-

## S. Zoſimus Pontifex XLII.

ANNO CHRISTI CCCCXVII.

SAnctus Zoſimus Habrahami filius Græcus S. R. E. Preſbyter Cardinalis Impp. Cæſaribus Honorio, & Theodoſio Iuniore Auguſtis, ſedit annos 2. menſes 4. dies 7.

Creatus 13. cal. Septembr. ordinationem 1. menſe Decembri fecit Epiſcoporum VIII. Preſbyterorum X. & Diaconorum III. obiit 8. cal. Ianuarii, ſepultus via Tiburtina in Baſilica S. Laurentii extra muros vrbis iuxta cryptam prope corpus eius, in agro Verranio anno 420. Imp. Cæſ. Fl. Theodoſio iuniore Aug. 9. & Fl. Conſtantio Nobiliſſ. Cæſ. III. Coſſ. Vacauit ſedes dies 2.

## S. Bonifacius Pontifex XLIII.

ANNO CHRISTI CCCCXX.

SAnctus Bonifacius Iucundi Preſbyteri filius Romanus, S.R.E. Preſbyter Cardinalis Impp. Cæſſ. Honorio, & Theodoſio Iuniore Augg. ſedit annos 3. m. 9. d. 28.

Creatus in ſchiſmate 5. cal. Ianuar. ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XXXVI. Preſbyterorum XIII. Diaconorum III. obiit 8. cal. Nouembr. an. 423. ſepultus via Salaria in Baſilica S. Felicitatis martyris iuxta corpus eius, Ruſio Prætextato Mariniano, & M. Aurelio Aſclepiodoto VV. CC. Coſſ. Vacauit ſedes dies 9.

## *Eulalius Antipapa IV.*

ANNO CHRISTI CCCCXX.

*III. Schiſma.*

EVlalius Romanus, S.R.E. Archidiaconus Cardinalis in ſchiſmate contra Bonifacium Papam creatus, ſedit menſes 3. dies 15.

Creatus 5. cal. Ianuarii coactus abdicauit anno ſequenti 421. 3. Idus Aprilis, & factus eſt Epiſcopus in Campania Euſtachio, & Agricola Coſſ.

## S. Cælestinus Pontifex XLIV.

### ANNO CHRISTI CCCCXXIII.

SAnctus Cæleſtinus Priſci filius Romanus, Impp. C
Flauiis Honorio, Theodoſio Iuniore, & Placidio V
lentiniano 3. Auguſtis, ſedit annos 8. m. 5. d. .

Creatus pridie Nonas Nouembris, ordinationes m
menſe Decembri fecit Epiſcoporum XLII. Presbyterorum
XXXII. & Diaconorum XII obiit 8. Idus Aprilis anno
ſepultus via Salaria in cœmeterio Priſcillæ Aëtio, & Va
rio VV. CC. Coſſ. Vacauit ſedes dies 21.

### ANNO CHRISTI CCCCXXX.

*SAncta, & vniuerſalis ſynodus tertia Epheſina CC. Epiſ
porum contra Neſtorium hæreticum Conſtantinopo
num Patriarcham, diuinam in Chriſto naturam negantem
congregata, Impp. Cæſaribus Theodoſio Aug. Iuniore XI
& Fl. Placidio Valentiniano Auguſto III. Conſulibus.*

## S. Xyſtus Pontifex XLV.

### ANNO CHRISTI CCCCXXXII.

SAnctus Xyſtus III. Xyſti filius Romanus, Impp. Cæ
Theodoſio Iuniore & Plac. Valentiniano Augg. ſed
annos 7. m. 11.

Creatus 5. Cal. Maii, ordinationes tres menſe Dece
bri fecit Epiſcoporum LII. Preſbyterorum XXVIII. & Di
conorum XII. obiit 5. Cal. Aprilis, anno 440. ſepult
via Tiburtina ad S. Laurentium extra muros in crypta m
ta corpus eius, Imp. Cæſ. Placidio Valentiniano Auguſt. V
& Anatholio V. C. Coſſ. Vacauit ſedes menſ. 1. dies 12.

## S. Leo Pontifex XLVI.

### ANNO CHRISTI CCCCXL.

SAnctus Leo magnus Quintiani filius Romanus, S. R. E.
Archidiaconus Cardinalis Impp. Cæſſ. Theodoſio Iu
niore, Placidio Valentiniano, Fl. Martiano ; & Fl. Leone
Auguſtis, ſedit an. 20. m. 11. d. 2.

Creatus

Creatus 6. Idus Maii, ordinationes 4. menſe Decembri fecit Epiſcoporum CLXXXVI. Preſbyterorum LXXXI. & Diaconorum XXXI. obiit 3. Idus Aprilis anno 461. & primum omnium Pontificum Romanorum ſepultus eſt in Baſilica S. Petri Apoſtoli in Vaticano Seuerino & Dagalaipho Coſſ. Vacauit ſedes dies 7.

ANNO CHRISTI CCCCLI.

SAncta, & vniuerſalis ſynodus IV. Chalcedonenſis Epiſcoporum DCXXX. contra Dioſcorũ Alexandrinum Patriarcham, & Eutychem Abbatem Conſtantinopolitanum hæreticos corpus Chriſti phantaſticum fuiſſe dicentes conlecta Imp. Cæſ. Fl. Martiano Aug. & Clodio Adelphio V. C. Coſſ.

## S. Hilarius Pontifex XLVII.

ANNO CHRISTI CCCCLXI.

SAnctus Hilarius Criſpini filius Sardus Imp. Cæſ. Flauio Leone Auguſto ſedit annos 6. m. 3. d. 9.

Creatus 13. cal. Maii, ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum XXII. Preſbyterorum XXV. & Diaconorum V. obiit 6. Cal. Auguſti anno 467. ſepultus in Baſilica S. Laurentii extra muros in crypta, iuxta corpus Papæ Xyſti III. Ioanne & Buſæo VV. CC. Coſſ. Vacauit eo mortuo ſedes dies 10.

## S. Simplicius Pontifex XLVIII.

ANNO CHRISTI CCCCLXVII.

SAnctus Simplicius Caſtini filius Tiburtinus Impp. Cæſ. Leone Seniore, Leone Iuniore; & Fl. Zenone Iſaurico Auguſtis ſedit annos 14. m. 6. d. 24.

Creatus 7. Idus Auguſti, ordinationes 3. menſe Decembri fecit Epiſcoporum LXXXVI. Preſbyterorum LVIII. & Diaconorum XI. obiit 6. nonas Martii anno 482. ſepultus ad S. Petrum Apoſtolum, Seuerino & Trocondo VV. CC. Coſſ. Vac. ſedes dies 6.

## S. Felix II. Pontifex XLIX.

ANNO CHRISTI CCCCLXXXI.

SAnctus Felix II. iunior, dictus III. Felicis Preſbyteri

Cardinalis de titulo Faſciolæ filius, Impp. Cæſ. Fl. Zen ne Iſaurico, & Anaſtaſio Aug. ſedit annos 11. m. 11. d. 1.

Creatus 7. Idus Martii, ordinationes duas menſe D cembri fecit Epiſcoporum xxx. Presbyterorum xxix. Diaconorum v. obiit 9. cal. Martii, ſepultus in Baſilica Pauli via Oſtienſi, anno Chriſti 494. Turcio ſecundo A ſterio, & Præſidio VV. CC. Coſſ. Vacauit eo mortuo R mana ſedes dies 5.

## S. Gelaſius Pontifex L.

ANNO CHRISTI CCCCXCIV.

SAnctus Gelaſius Valerii Epiſcopi Hipponenſis fil Afer Imp. Cæſ. Fl. Anaſtaſio Aug. ſedit an. 2. m 8. d.

Creatus 3. cal. Martii, ordinationes duas menſibus Ie nuario, & Decembri fecit, Epiſcoporum LXVII. Presbyte rorum XXXII. & Diaconorum II. obiit XI. cal. Decembr anno 496. ſepultus in Baſilica S. Petri Apoſtoli, poſt con ſulatum Viatoris V. C. ſene conlega. Vacauit ſedes dies

## Anaſtaſius II. Pontifex LI.

ANNO CHRISTI CCCCXCVI.

ANaſtaſius II. iunior Petri filius Romanus de regione Eſquilina, Imp. Cæſ. Anaſtaſio Aug. ſedit annũ 1. m. 11. d. 22.

Creatus 3. cal. Decembris, ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XVI. Presbyterorum XII. & Diaconorum : : : obiit 13. cal. Decembris, anno 498. ſepultus ad S. Petrum. Decio Paullino, & Ioanne Scytha VV. CC. Coſſ. Vacauit ſedes Romana dies 4.

## S. Cælius Pontifex LII.

ANNO CHRISTI CCCCXCVIII.

SAnctus Cœlius Symmachus Fortunati filius Sardus Imp. Cæſ. Fl. Anaſtaſio Aug. ſedit annos 15. m. 7. d. 26.

Creatus 8. cal. Decembris, fecit ordinationes 4. menſe Decembri Epiſcoporum CXVII. Presbyterorum XCII. & Diaconorum XVI. obiit 14. cal. Auguſti anno 514. ſepultus ad S. Petrum M. Aurelio Caſſiodoro V. C. ſene conlega Coſſ. Vacauit ſedes dies 7.

Lau-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Laurentius Antipapa V.*

ANNO CHRISTI CCCCXCVIII.

*Schiſma IV.*

LAurentius Romanus S. R.E. Preſbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Papam Symmachum electus, Imp. Cæſare Fl. Anaſtaſio Auguſto ſedit an. 1. m. 11. d. 11.

Creatus 14. cal. Auguſti; & anno ſequenti quum pontificatu coactus abdicaſſet, factus eſt Epiſcopus Nucerinus Aſclepio, & Ioanne Gibbo VV. CC. Coſſ.

## S. Hormiſda Pontifex LIII.

ANNO CHRISTI DXIV.

SAnctus Hormiſda Iuſti filius Fruſinonius Campanus Impp. Cæſ. Fl. Anaſtaſio, & Iuſtino Aug. ſedit an. 9 d. 11.

Creatus 6. cal. Auguſti, ordinationẽ vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum LV. Preſbyterorum XXI. & Diaconorum :::: obiit 8. Idus Auguſti anno 523. ſepultus ad S. Petrum. Anicio Maximo V. C. ſene conlega Cos. Vacauit ſedes dies 6.

## S. Ioannes Pontifex LIV.

ANNO CHRISTI DXXIII.

SAnctus Ioannes Conſtantii filius Tuſcus S. R. E. Preſbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli, tt. Pammachii Imp. Cæſ. Fl. Anicio Iuſtino Aug. ſedit annos 2. m. 9. d. 15.

Creatus Idibus Auguſtis, ordinationes aliquot fecit Epiſcoporum XV. obiit Rauennę in carcere, 6. cal. Iunii. Romam eius cadauer translatum eſt, atque ad S. Petrum ſepultum anno 526. Olybrio Iuniore V. C. ſene conlega Cos. Vacauit ſedes m. 1. d. 28.

## S. Felix III. Pontifex LV.

ANNO CHRISTI DXXVI.

SAnctus Felix III. dictus IV. Caſtorii filius Samnis, S. R.E. Preſbyter Cardinalis S. Syluestri tt. Equitii, Imp. Cæſ. Iuſtino, & Iuſtiniano Aug. ſedit annos 4. m. 2. d. 18.

Creatus 8. Cal. Auguſti, ordinationes duas menſ[e] Februario, & Martio fecit Epiſcoporum xxix. Preſby[te]rorum lv. & Diaconorum vi. obiit iv. Idus Octob[r.] anno 530. ſepultus ad S. Petrum, Poſtumo Lampadio[,] Oreſte VV. CC. Coſſ. Vacauit ſedes d. 5.

## Bonifacius II. Pontifex LVI.

ANNO CHRISTI DXXX.

BOnifacius Iunior II. Sigenultes filius Romanus S.[R.] E. Preſbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ, Imp. Cæſ[.] Anicio Iuſtiniano P. F. Auguſto ſedit annum 1. d. 2.

Creatus 17. Cal. Nouembris, ordinationeque vna t[an]tum facta, anno 531. obiit 16. cal. Nouemb. atq; ad S. P[e]trum ſepultus; poſt conſulatum Lampadii, & Oreſtis V[V.] CC. Vacauit ſedes menſes 3. d. 5.

## *Dioſcurus Antipapa VI.*

ANNO CHRISTI DXXX.

*V. Schiſma.*

DIoſcorus Romanus S. R. E. Preſbyter Cardina[lis] ſchiſmate contra Bonifaciũ Papam electus ſed. d. ...

Creatus 17. cal. Nouembris, obiit eodem anno p[rid.] Idus Nouembris; ſepultuſque ad S. Petrum.

## Ioannes II. Pontifex LVII.

ANNO CHRISTI DXXXII.

IOannes II. Iunior cognomento Mercurius Proiect[i fi]lius Romanus de Regione Cœlimontium. S. R. E. Pr[e]ſbyter Cardinalis, tt. S. Clementis Imp. Cæſare Fl. Iu[ſti]niano Auguſto ſedit annos 2. m. 4. d. 6.

Creatus xi. cal. Februarii, ordinationem vnam men[ſe] Decembri fecit Epiſcoporum xxi. Preſbyterorum xv. [&] Diaconorum :::: obiit 6. Cal. Iunii anno 534. ſepul[tus] ad S. Petrum; Imp. Cæſ. Iuſtiniano Auguſt. IV. & Dec[io] Theodoro Paullino V. C. Coſſ. Vacauit ſed. d. 6.

S. Ag[apetus]

## S. Agapetus Pontifex LVIII.

ANNO CHRISTI DXXXIV.

SAnctus Agapetus Gordiani Preſbyteri Cardinalis ſſ. Ioannis & Pauli tt. Pammachii Filius, Romanus, S. R. E. Archidiaconus Imp. Cæſ. Iuſtiniano Aug. ſedit menſ. 11. d. 19.

Creatus 3. nonas Iunii fecit ordinationem vnam Epiſcoporum XI. & Diaconorum IV. obiit Conſtantinopoli in legatione ad Imperatorē pro Rege Gotthorum 12. cal. Iunii anno 535. Fl. Beliſario V. C. ſene conlega Coſ. cadauer Romam translatum ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſes 6. d. 24.

## S. Syluerius Pontifex LIX.

ANNO CHRISTI DXXXV.

SAnctus Syluerius Hormiſdæ Papæ filius Fruſinonius Campanus S. R. E. Subdiaconus regionarius; Imper. Cæſ. Fl. Iuſtiniano Aug. ſedit annum 1. m. 5. d. 12.

Creatus 17. Cal. Ianuarii, quumque ordinationem vnam menſe Decembri feciſſet Epiſcoporum XVIII. Preſbyterorum XIII. & Diaconorum XV. an. 537. 6. Cal. Iunii. ITERVM, poſt Conſulatum Fl. Beliſarii V. C. Pontificatu exactus eſt; Cerſonamque in Ponto relegatus, vbi anno ſequenti 538. 12. Cal. Iunii mortuus eſt, ibique ſepultus, Ioanne V. C. ſene conlega Conſule. Eo autem in exilium acto vacauit ſedes dies 6.

## Vigilius Pontifex LXX.

ANNO CHRISTI DXXXVII.

*VI. Schiſma,*

VIgilius Ioannis Conſularis viri filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis Imp. Cæſare Fl. Anicio Iuſtiniano Auguſto ſedit annos 17. m. 6. d. 26.

Creatus in ſchiſmate viuente Syluerio Papa, 3. nonas Iunii. ordinationes duas menſe Decembri in vrbe fecit, Epiſcoporum LXXXI. Preſbyterorum XLVI. & Diaconorum XVI. obiit Syracuſis in Sicilia poſt multas paſſas calamita-

tes 5. cal. Ianuarii, anno 554. XIII. poſt conſulatum Fl. Ba
ſilii Iunioris, V.C. cadauer Romam relatum via Sala[ria]
ſepultum eſt in Baſilica S. Marcelli. Eo mortuo vaca[uit]
ſedes m. 3. d. 5.

ANNO CHRISTI DLIII.

*Sancta, & vniuerſalis ſynodus V. Conſtantinopolitana ſecunda CLXV. Epiſcoporum, cõtra Anthimum Conſtantinopolitanum Patriarcham, Theodorum, Seuerum, Petrum & Zoram Epiſcopos hæreticos, Origenianiſtas congregata [an]no 12. poſt Conſulatum Fl. Baſilii Iunioris V.C.*

## S. Pelagius Pontifex LXI.

ANNO CHRISTI DLV.

SAnctus Pelagius Ioannis Vicariani filius Romanus, S.R.E. Archidiaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Iuſtiniano, & Iuſtino Iuniore Auguſtis ſedit an. 10. m. 10. d. 28.

Creatus 3. nonas Aprilis 14. poſt conſulatum Fl. Baſilii Iunioris V.C. ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum XLIX. Preſbyterorum XXVI. & Diaconorum IX. obiit 6. nonas Martii anno 566. ſepultuſque ad S. Petrum 25. poſt Cos. Baſilii Iunioris V.C. Vacauit Romana ſedes menſes 3. d. 26.

## S. Ioannes III. Pontifex LXII.

ANNO CHRISTI DLXVI.

SAnctus Joannes III. Anaſtaſii filius Romanus Imp. Cæſ. Fl. Anicio Iuſtino Iuniore Aug. ſedit an. 10. d. [...]

Creatus 3. cal. Iulii, ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum LXI. Preſbyterorum XXIX. & Diaconorum XIII. obiit 3. cal. Iulii, anno 576. IX. P.C. Imp. Cæſ. F. Iuſtini Iunioris Aug. ſepultuſque ad S. Petrum vacauit ſedes m. 10. d. 3.

## S. Benedictus Pontifex LXIII.

ANNO CHRISTI DLXXVII.

SAnctus Benedictus Bonifacii filius Romanus, Imp. Cæ[ſ.]

Cæſ. Tiberio Anicio Conſtantino Auguſto ſedit annos 3. menſ. 2. d. 15.

Creatus 16. cal. Iunii X. P. C. Imp. Cæſ. Iuſtini Auguſti, ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XXI. Presbyterorum XV. & Diaconorum III. obiit prid. cal. Auguſti, anno 580. Imp. Cæſ. Ti. Anicio Conſtantino Aug. ſene conlega Cos. ſepultuſq; in ſecretario beati Petri Apoſtoli. Vacauit ſedes menſes 4.

## S. Pelagius Pontifex LXIV.

ANNO CHRISTI DLXXX.

SAnctus Pelagius Iunior II. Vinigildi filius Romanus, Impp. Cæſ. Tiberio, Conſtantino, & Tiberio Fl. Mauritio Auguſtis ſedit annos 9. m. 2. d. 10.

Creatus prid. cal. Decembris, ordinationes duas menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XLVIII. Presbyterorum XXVIII. & Diaconorum VIII. obiit 6. Idus Februarii anno 590. ſepultus ad S. Petrum VI. P. C. Tiberii Flauii Mauritii Auguſti. Vacauit ſedes m. 6. d. 25.

## S. Gregorius Magnus Pontifex LXV.

ANNO CHRISTI DXC.

SAnctus Gregorius Magnus eccleſiæ Doctor Gordiani ſenatoris filius Felicis Papæ II. pronepos, Romanus, monachus & S.R.E. Archidiaconus Cardinalis Imp. Cæſ. Fl. Mauritio, & Foca Auguſtis, ſedit annos 13. m. 6. d. 8.

Creatus 3. nonas Septembris, fecit ordinationes duas, vnam in Quadrageſima, aliam menſe Decembri Epiſcoporum LXII. Presbyterorum XXXIX. & Diaconorum V. obiit IV. Idus Martii anno 604. ſepultus ad S. Petrum ante ſecretarium Imp. Cæſ. Fl. Foca Auguſto ſene conlega Conſule, indictione VII. Vacauit ſedes m. 5. d. 19.

## Sabinianus Pontifex LXVI.

ANNO CHRISTI DCIV.

SAbinianus Boni filius Bleranus Tuſcus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæſ. Foca Aug. ſedit an. 1. m. 5. d. 9.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Creatus Cal. Septembris. quumque ordinationem vnam Epiſcoporum XXVI. feciſſet 5. Idus Februarii anni 606. mortuus eſt, & ſepultus ad S. Petrum ITERVM P.C. Fl. Focæ Auguſti. Vacauit ſedes menſes 11. d. 26.

## S. Bonifacius III Pontifex LXVII.

ANNO CHRISTI DCVII.

SAnctus Bonifacius III. Joannis filius Romanus, Imp. Cæſ. Fl. Foca Auguſto, ſedit annum 1. m. 2. d. 28.

Creatus nonis Februarii III. P. C. Focæ Auguſti. obiit 6. nonas Maii, anno 608. ſepultus ad S. Petrum IV. P.C. Focæ Auguſti. Vacauit ſedes m. 1. d. 6.

*Hic Pontifex ab Imp. Cæſare Fl. Foca Auguſto obtinuit vt eccleſia Romana, quæ iure caput eſt omnium eccleſiarum, ita & diceretur, & haberetur ab omnibus, quum eum locum ſibi eccleſia Conſtantinopolitana ſub Imp. Mauritio per vim vendicare conata eſſet.*

## S. Bonifacius IV. Pontifex LXVIII.

ANNO CHRISTI DCVIII.

SAnctus Bonifacius IV. Ioannis Medici filius Valerienſis Marſus, Impp. Cæſ. Foca, & Heraclio Augg. ſedit an. 6. m. 8. d. 13.

Creatus 5. Idus Iunii, ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum XXXVI. Preſbyterorum ... & Diaconorum IX. obiit 9. Cal. Martii, anno 615. IV. P.C. Imp. Cæſ. Heraclii Aug. ſepultuſque ad S. Petrum. Vacauit ſedes m. 7. d. 25.

## S. Deuſdedit Pontifex LXIX.

ANNO CHRISTI DCXV.

SAnctus Deuſdedit Stephani Subdiaconi filius Romanus, S.R.E. Preſbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, & Pammachii à S. Gregorio Papa factus; Imp. Cæſare Fl. Heraclio Auguſto ſedit annos 3. d. 23.

Creatus 16. Cal. Nouemb. ordinationes 3. fecit Epiſcoporum XXIX. Preſbyterorũ XIV. & Diaconorum V. obiit 6. Idus Nouemb anno 618. & ad S. Petrum ſepultus VII. P. C. Imp. Cæſ. Fl. Heraclii Auguſti. Vacauit ſedes m. 1. d. 19.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## S. Bonifacius V. Pont. LXX.

### Anno Christi dcxviii.

Sanctus Bonifacius V. Neapolitanus Ioãnis filius, Imp. Cæſ. Fl. Heraclio Auguſto, ſedit annos 3. M. 9. D. 19.

Creatus 8. Cal. Ianuarii ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum xxix. Presbyterorum xxvi. & Diaconorum iv. obiit iv. Idus Octobris anno 622. ſepultus ad S. Petrum xi. P. C. Imp. Cæſ. Heraclii Aug. Vacauit ſedes dies 13.

## Honorius Pont. LXXI.

### Anno Christi dcxxii.

Honorius Petronii viri Conſulariis filius Campanus, Imp. Cæſ. Heraclio Auguſto, ſedit an. 12. M. 11. D. 17.

Creatus 7. Cal. Nouemb. ordinationes 3. mẽſe Decembri fecit Epiſcoporum lxxxi. Presbyterorum xiii. & Diaconorum xi. obiit 4. Idus Octob. anno 635. ſepultus ad S. Petrum xxiv. P C Imp. Cæſ. Fl. Heraclii Aug. Vacauit ſedes M. 9. D. 1.

## Seuerinus Pont. LXXII.

### Anno Christi dcxxxv.

Seuerinus Labieni filius Romanus, Imper. Cæſ. Heraclio Auguſto, ſedit annos 2. D. 4.

Creatus 3. Cal. Auguſti, ordinationem vnã Epiſcoporũ ix. obiit 4. Nonas Auguſti an. 638. ſepultus ad S. Petrũ xxvii P. Cos. Imp. Cęſ. Fl. Heraclii Aug. Vacauit ſedes M. 4. D. 21.

## Ioannes IV. Pont. LXXIII.

### Anno Christi dcxxxviii.

Ioannes iv. Venantii ſcholaſtici filius Salonẽſis Dalmata, S. R. E. Diaconus Cardinalis Imp. Cæſ. Heraclio Auguſto ſedit annum 1. M. 9. D. 19.

Creatus 9. Cal. Ianuarii ordinationes duas menſe Decembri fecit, Epiſcoporum xviii. Presbyterorum xix. & Diaconorum v. obiit 4 Idus Octobr. anno 640. ſepultus ad S. Petrum xxix. P. Cos. Imp. Heraclii Aug. Vacauit ſedes menſem 1. D. 14.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## S. Theodorus Pontifex LXXIV.

ANNO CHRISTI DCXL.

SAnctus Theodorus Theodori epiſcopi filius Hieroſo-
lymites Græcus Impp. Cæſſ. Flauiis Heraclio, Cõſtan-
no, Heracleona, & Cõſtante Auguſtis, ſedit an. 6. m. 5. d.
Creatus 5. Cal. Decembr. ordinationem vnam men-
Decembri fecit Epiſcoporum XLVI. Presbyterorum
& Diaconorum IV. obiit pridie Idus Maii anno 647. ſep-
tus ad S Petrum V. poſt Coſ. Imp. Cæſ. Fl. Conſtantis A-
guſti. Vacauit ſedes m. 4. d. 4.

## S. Martinus Pontifex LXXV.

ANNO CHRISTI DCXLVII.

SAnctus Martinus Fabricii filius Tudertinus Tuſcus Im-
per. Cæſ. Fl. Heraclio Cõſtãte Aug. ſedit an. 6. m. 1. d.
Creatus 14. Cal. Octob. ordinationes duas menſe De-
cemb. fecit Epiſcoporum XXXIV. Presbyterorum XI. & Di-
conorum V. Mortuus Cerſone in Ponto, vbi relegatus
erat pro catholica veritate conſeruanda prid. Idus Nou.
anno 653. ibiq; ſepultus XII. P. C. Imp. Cõſtantis Aug. V-
cauit ſedes m. 8. d. 28.

## Eugenius Pontifex LXXVI.

ANNO CHRISTI DCLIII.

EVgenius Rufiniani filius Roman⁹ Imp. Cæſare Fl. He-
raclio Conſtante Auguſto, ſedit annos 2. m. 9. d. 24.
Creatus 4. Idus Auguſti XIII. P. C. Imp. Cæſ. Conſtan-
tis Aug. ordinationes aliquot fecit. obiit 4. Nonas Iunii ſe-
pultus ad S. Petrum anno 657. XV. P. C. Conſtantis Augu-
ſti. Vacauit ſedes m. 1. d. 28.

## Vitalianus Pontifex LXXVII.

ANNO CHRISTI DCLVII.

VItalianus Anaſtaſii filius Signinus Volſcus Impp. Cæſ.
Flauiis Conſtante, & Conſtantino Augg. ſedit an.
14. m. 5. d. 28.
Creatus prid. Cal. Auguſti, ordinationes IV. fecit, Epi-
ſcoporum XCVI. Presbyterorum XXII. & Diaconorum
obi-

obiit 6.Cal.Febr.anno 672. Sepultus ad S. Petrum V.P. C.Imp.Cæſaris Fl. Cōſtantini Auguſti. Vacauit ſedes Romana menſ. 2.d.5.

## Adeodatus Pontifex LXXVIII.

### Anno Christi DCLXXII.

ADeodatus Ioniani filius Romanus monachus, Imp. Cæſ.Fl.Heraclio Cōſtātino Aug.ſedit an.4.m.2.d.5.

Creatus 10. Cal. Maii ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XLVI. Presbyterorum XIV. & Diaconorum II.obiit 6.Cal.Iulii anno 676. ſepultus ad S. Petrum IX.P.C.Conſtantini Auguſti. Vacauit eo mortuo Romana ſedes menſ.4.d.6.

## Domnio Pontifex LXXIX.

### Anno Christi DCLXXVI.

DOmnio alias Domnus Mauritii filius Romanus, Imp. Cæſ.Fl.Heraclio Conſtantino Auguſto, ſedit ann.2. m.5.d.10.

Creatus IV.Nonas Nouemb, ordinationem vnam fecit Epiſcoporum VI. Presbyterorum X. Diaconorumq; V.obiit 3.Idus April. anno 679. ſepultus ad S. Petrum XII. P.C. Conſtantini Auguſti. Vacauit ſedes m.2.d.25.

## Agatho Pontifex LXXX.

### Anno Christi DCLXXIX.

AGatho Pannonii filius Siculus, monachus S. R. E. Presbyter Cardinalis Imp. Conſtantino Auguſt. ſedit an.2.m.6.d.4.

Creatus Nonis Iul. ordinationē vnā fecit Epiſcoporum XVIII. Presbyterorū X & Diaconorū V.obiit 4.Idus Ian.an. 682.P.C.Imp.Cæſ.C[o]nſtantini Aug.anno 15. ſepultus ad S.Petrum. Vacauit ſedes Romana menſes 7.d.8.

### Anno Christi DCLXXXI. & DCLXXXII.

*SAncta, & vniuerſalis ſynodus VI. Cōſtātinopolitana tertia CCLXXXIX. Epiſcoporū, contra Paulū, Macariū, Theodorum, Cyrum, Sergium, & Pyrrhū Epiſcopos hæreticos Monothelitas, congregata XIV. & XV. P.C. Conſtantini Auguſti.*

## S.Leo II. Pont. LXXXI.

ANNO CHRISTI DCLXXXII.

SAnctus Leo iunior II. Pauli filius Siculus, S.R.E.Preſbyter Card.Imp.Cæſ.Cōſtātino Aug.ſedit M.10.D.1

Creatus prid. Idus Auguſti fecit ordinationem vnam menſe Iunio Epiſcoporum XXIII. Presbyterorum XLIII.& Diaconorum III.obiit 4.Cal.Iulii anno 683.ſepultus ad S. Petrum XVI. P.C.Imper.Conſtantini Aug.Indictione XI. Vacauit ſedes menſes II.D.22.

## S.Benedictus II. Pont. LXXXII.

ANNO CHRISTI DCLXXXIV.

SAnctus Benedictus Iunior II. Ioannis filius Romanus Imp.Cæſ.Fl.Conſtantino Auguſto,ſedit M.10.D.17.

Creatus 13.Cal.Iulii,ordinationem vnam fecit Epiſcoporum XXII.obiit Idibus Maii anno 685 XVIII.P.C.Conſtātini Aug.ſepultus ad S.Petrum. Vacauit ſedes m.2.d.9.

## Ioannes V. Pont. LXXXIII.

ANNO CHRISTI DCLXXXV.

IOannes V. Cyriaci filius Antiochenus Syrus, S.R.E. Cardinalis Archidiaconus Impp. Cæſs. Flauiis Conſtātino,& Iuſtiniano Iuniore Augg.ſedit annum 1.d.9.

Creatus 8.Cal.Auguſti;cōſecratus 3.Cal. Aug. ordinationem vnā Epiſcoporū XIII.fecit.obiit IV.Nonas Auguſti anno 686.ſepultus ad S.Petrum P.C.Imper.Cæſ.Fl.Iuſtiniani Aug.Vacauit ſedes m.2.dies 16.

## *Petrus Antipapa VII.*

ANNO CHRISTI DCLXXXVI.

*VII. Schiſma.*

PEtrus Romanus S.R.E. Archipresbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Theodorum Presbyterum Cardinalem, Papa creatus, ſedit dies aliquos.

## *Theodorus Antipapa VIII.*

ANNO CHRISTI DCLXXXVI.

THeodorus Romanus S R.E. Presbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Petrum Archipresbyterum creatus, non

non longe poſt cum ipſo Petro Pontificatu exactus eſt, atque in vtriuſque locum tertius ſuffectus.

## Cuno Pont. LXXXIV.

ANNO CHRISTI DCLXXXVI.

CVno Thrax S.R.E. Presbyter Cardinalis, qui Imper. Cæſ. Fl. Iuſtiniano iuniore Auguſto, ſedit mẽſ. II. d. 3.

Creatus 14. Cal. Nouemb. conſecratus 5. Cal. Nouẽbr. ordinationem I. Epiſcoporũ XVI. fecit. obiit XI. Cal. Octob. anno 687. ſepultus ad S. Petrum II. P. C. Iuſtiniani Aug. Vacauit ſedes menſ. 2. d. 25.

## *Theodorus Antipapa IX.*

ANNO CHRISTI DCLXXXVII.

*Schiſma VIII.*

THeodorus Romanus, S.R.E. Presbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Paſchalem S. R. E. Cardinalem Archidiaconum creatus, ſedit dies aliquot.

## *Paſchalis Antipapa X.*

ANNO CHRISTI DCLXXXVII.

PAſchalis Romanus S.R.E. Archidiaconus, in ſchiſmate contra Theodorum Presbyterum creatus Papa, non longe poſt cum ipſo Theodoro Pontificatũ pulſus eſt, atq; in vtriuſq; locum tertius ſuffectus.

## Sergius Pont. LXXXV.

ANNO CHRISTI DCLXXXVII.

SErgius Tiberii filius Antiochenus Syrus, Panhormi in Sicilia ortus S.R.E. Presbyter Card. tt. S. Suſannæ ad duas domos à Cunone Papa factus, qui Impp. Cæſs. Iuſtiniano, Leontio, & Tiberio Habſimaro Aug. ſedit annos 13. m. 8. d. 23.

Creatus 16. Cal. Ianuarii, conſecratus die Natali Chriſti, ordinationes duas menſe Martio fecit Epiſcoporũ XVI. Presbyterorum XVIII. & Diaconorum IV. obiit 6. Idus Septembr. anno 701. indictio. XIV. ſepultus ad S. Petrum P.C. Imp. Cæſ. Fl. Tiberii Habſimari Auguſti. Vacauit ſedes menſem 1. d. 23.

## Ioannes VI. Pontifex LXXXVI.

ANNO CHRISTI DCCI.

IOannes VI. Græcus, Imp. Cæſare Fl. Tiberio Habſima-ro Auguſto, ſedit annos 3.m.2.d.13.

Creatus Cal. Nouemb. conſecratus 8. Idus Nouembr. ordinationem vnam fecit Epiſcoporum xv. Presbyterorum ix. & Diaconorum II. obiit Idibus Ianuarii anno 70 . in-dict. III. ſepultus ad S. Petrum, V P. C. Fl. Tiberii Habſima-ri Aug. Vacauit ſedes menſ.1.d.18.

## Joannes VII. Pontifex LXXXVII.

ANNO CHRISTI DCCV.

IOannes VII. Platonis filius Græcus Impp. Cæſſ. Ti. Hab-ſimaro, & Fl. Iuſtiniano juniore Augg. ſedit ann. 2.m. dies 17.

Creatus & cõſecratus Cal. Martii, ordinationẽ vnã Epi-ſcoporũ XVIII. Presbyterorũ x & Diaconorũ II. fecit. obiit 15. Cal. Nouemb. anno 707. indictione VI. ſepultus ad S. Petrum ante altare B. Mariæ Virginis Imp. Cæſ. Fl. Iuſtinia-no Aug. iterum Conſule. Vacauit ſedes dies 6.

## Siſinius Pontifex LXXXVIII.

ANNO CHRISTI DCCVII.

SIſinius Ioannis filius Antiochenus Syrus, Imp. Cæſ. Iu-ſtiniano juniore Auguſto, ſedit dies 20.

Creatus 12, Cal. Nouemb. conſecratus x. Cal. ordinati-onem vnam fecit, qua Epiſcopum vnũ creauit, obiit 8. Idus Nouemb. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes m.1.d.16.

## Conſtantinus Pontifex LXXXIX.

ANNO CHRISTI DCCVII.

COnſtantinus Ioannis filius Syrus Impp. Cæſſ. Flauiis Iuſtiniano; & Philippico Bardanio Augg. ſedit annos 7.m.1.dies 20.

Creatus, & cõſecratus 10. Cal. Ian. ordinationem vnam Epiſcoporum LXIV. Presbyterorum x. & Diaconorum II. fecit: obiit 3. Idus Febr. anno 714. indict. XIV. ſepultus ad S. Petrum II. P. C. Fl. Philippici Bardanii Aug. Vacauit ſedes ann.1.m.1.d.11.

Grego-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Gregorius II. Pontifex XC.

### ANNO CHRISTI DCCXV.

GRegorius junior II. Marcelli filius Romanus S. R. E. Diaconus Cardinalis à Cõſtantino Papa factus Impp. Cæſaribus Flauiis Anaſtaſio Artemio; Theodoſio Adiramiteno, & Leone Iſauro Auguſtis, ſedit ann. 15. m. 10. d. 21.

Creatus, & conſecratus 11. Cal. April. ordinationes ſex menſibus Iunio, & Septembri fecit Epiſcoporum CXLIX. Presbyterorũ XXXV. & Diaconorum IV. obiit 3. Idus Feb. anno 731. indictione XIV. ſepultus ad S. Petrum P. C Imp. Cæſ. Fl. Leonis Iſauri Aug. anno 14. Vacauit ſedes menſem 1. dies 5.

## Gregorius III. Pontifex XCI.

### ANNO CHRISTI DCCXXXI.

GRegorius III. Ioannis filius Syrus, S.R.E. Presbyter Cardinalis Imp. Cæſ. Fl. Leone Auguſto, ſedit annos 10. menſ. 8. d. 10.

Creatus 14. Cal. Aprilis, conſecratus 8. Calend. ordinationes tres menſe Decembri fecit Epiſcoporũ LXXX. Presbyterorum XXIV. & Diaconorum III. obiit 4. Calendas Decembr. anno 741. Indictione X. ſepultus ad S. Petrum P. C. Imp. Cæſ. Fl. Leonis Iſauri Auguſti anno 24. Vacauit ſedes dies 8.

## Zacharias Pontifex XCII.

### ANNO CHRISTI DCCXLI.

ZAcharias Polychronii filius Græcus S. R. E. Presbyt. Card. Imp. Fl. Conſtantino Copronymo Auguſto ſedit annos 10. m. 3. dies 9.

Creatus 7. Idus Decembris; conſecratus 4. Idus Decembris ordinationes 3. menſe Martio fecit Epiſcoporum LXXXV. Presbyterorum XXX. & Diaconorum V. obiit Idibus Martii anno 752. Indictione V. ſepultus ad S. Petrum P. C. Imp. Cæſ. Fl. Conſtantini Aug. anno 10. Vacauit ſedes dies 9.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Stephanus II. Pont. XCIII.

ANNO CHRISTI DCCLII.

STephanus II. junior Romanus S.R.E Presbyter Cardinalis Imp. Conſtantino Auguſto ſedit dies 3.

Creatus 8. Cal. April. obiit morte repentina V. Cal. Aprilis ſepultuſq; ad S. Petrum. Eo mortuo nō vacauit ſedes.

## Stephanus III. Pont. XCIV.

ANNO CHRISTI DCCLII.

STephanus III. dictus II. junior Conſtantini filius Romanus S.R.E. Diaconus Cardinalis à Zacharia Papa factus, Impp. Cæſſ. Flauiis Conſtātino Copronymo, & Leone eius filio Auguſtis ſedit annos 5. d. 29.

Creatus 4. Cal. April. conſecratus 4. Nonas Aprilis ordinationem vnam menſe Martio fecit Epiſcoporum Presbyterorum 11. & Diaconorum 11. obiit 6. Cal. Ma. anno 757. Indict. x. ſepultus ad S. Petrum xv. P. C. Fl. Conſtantini Aug. Vacauit ſedes d. 32.

## Paulus Pont. XCV.

ANNO CHRISTI DCCLVII.

PAulus Conſtantini filius Romanus, Stephani Papæ junioris frater S. R. E. Diaconus Cardinalis à Zacharia Papa factus, Impp. Cæſſ. Conſtantino, & Leone eius filio Augg. ſedit annos 10. m. 1.

Creatus, & conſecratus 8. Calendas Iun. ordinationem vnam menſe Decemb. fecit Epiſcoporum III. Presbyterorum XII. & Diaconorum II. obiit in monaſterio S. Pauli Oſtienſi IV. Cal. Iulii, anno 767. Indictione XV. ſepultus ad S. Petrum XXV. P. C. Conſtantini Copronymi Aug. Vacauit ſedes ann. 1. m. 1. d. 8.

### *Theophylactus Antipapa XI.*

ANNO CHRISTI DCCLVII.

*Schiſma IX.*

THeophylactus Romanus S.R.E. Cardinalis Archidiaconus in ſchiſmate contra Paulum Papam creatus ſedit dies aliquot.

Coactus

Coactus Pontificatu abdicauit.

*Conſtantinus II. Antipapa XII.*

ANNO CHRISTI DCCLXVII.

COnſtantinus II. iunior Nepeſinus, Ducis Nepeſini filius, ex laico, cõtra canones à laicis armata manu præter Cardinalium voluntatem, per vim Pontifex creatus, ſedit annum 1. m. 1. d. 11.

Creatus die Dominico, in quo mortuus eſt Papa Paulus IV. Cal. Iulii, & die ſequenti conſecratus.

Coactus abdicauit anno ſequenti 768 7. Idus Auguſti, & in monaſterio relegatus, monachus eſt factus.

*Philippus Antipapa XIII.*

ANNO CHRISTI DCCLXVII.

*Schiſma X.*

PHilippus Romanus monachus, & Abbas monaſterii S. Viti S.R.E. Presbyter Cardinalis in ſchiſmate cõtra Conſtantinum à quibuſdam clericis, & laicis factus Papa, ſedit annum 1. d. 24.

Creatus, & conſecratus 4. Idus Iulii. atq; anno ſeq 768: coactus à Chriſtophoro Primicerio Pontificatu abdicauit, pridie Nonas Auguſti, ac ad monaſterium ſuũ reuerſus eſt.

Stephanus III. Pontifex XCVI.

ANNO CHRISTI DCCLXVIII.

STephanus IV. dictus III. Olybrii filius Siculus monachus S.R.E. Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ à Paulo Papa factus, Impp. Cæſſ. Flauiis Conſtantino, & Leone Augg. ſedit ann. 3. m. 5. d. 27.

Creatus Nonis Auguſti, conſecratus 7. Idus Auguſti, ordinationem vnam menſe Decembr. fecit Epiſcoporũ... Presbyterorum v. & Diaconorum IV. obiit pridie Cal. Feb. anno 772. Indict. x. ſepultus ad S. Petrum III. P.C. Imp. Cæſ. Fl. Leonis Auguſti IV. Vacauit ſedes d. 9.

Hadrianus Pontifex XCVII.

ANNO CHRISTI DCCLXXII.

HAdrianus Theodori filius Romanus de regione via lata, S.R.E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Fl. Leo-

ne IV. & Conſtantino eius filio Auguſtis, ſedit annos
m.10.d.17.

Creatus 4. Idus Febr. conſecratus 14. Cal. Martii ord
nationes duas menſe Martio fecit Epiſcoporum clxx
Presbyterorum xxiv. & Diaconorum vii. obiit 7. Cal
Januarii anno 795. Indict. iv. ſepultus ad S. Petrum, p
Conſulatum Imp. Cæſaris Fl. Conſtantini VIII. Leoni
lii, Auguſti anno 16. non vacauit ſedes.

ANNO CHRISTI DCCLXXXIX.

*Sancta, & vniuerſalis ſynodus ſeptima Nicena ſecun
CCCL. Epiſcoporum, contra Iconomachorum hæreſim c
lecta. P. C. Imp. Cæſ. Fl. Conſtantini Auguſti anno decimo.*

## Leo III. Pontifex XCVIII.

ANNO CHRISTI DCCXCVI.

LEo III Azzupii filius Romanus, S. R. E. Presby
Cardinalis tt. S. Suſannæ, Impp. Ceſſ. Flauiis Conſta
tino Hirenes filio, & Nicephoro Auguſtis, ſedit annos
m.5. dies 18.

Creatus 7. Cal. Januarii die obitus Papæ Hadriani, con
ſecratus die ſequenti, fecit ordinationes 3. menſe Mar
Epiſcoporum cxxvi. Presbyterorum xxx. & Diaconor
xi. obiit pridie Idus Junii anno 816. Indictione ix. ſepul
ad S. Petrum Impp. Cæſſ. Carolo Magno, & Hludou
Auguſtis. Vacauit ſedes dies xx.

ANNO CHRISTI DCCC.

*HIc Pontifex 8. Cal. Januarii populi Romani ſcito, Cler
que rogatu, quum Imperii Romani maieſtas, omnia f
Barbaris vendicantibus, obſoleſceret, nec in fœmina Hir
Byzantii rerum potiente, quamuis altæ indolis, multum pr
dii ineſſe videretur, Carolum Pipini filium Francorum R
gem, ob egregia in Chriſtianum nomen, & Romanam ſed
merita, Romanorum Imperatorem auito in Occidente imp
randi more reſtituto, primus appellauit, inunctumq; Auguſtum
conſecrauit anno, ex quo in Italia imperari deſitum eſt 32
poſt Auguſtuli videlicet imperium.*

Stephan

## Stephanus IV. Pontifex XCIX.

ANNO CHRISTI DCCCXVI.

STephanus V. dictus 4. Iulii Marini filius Romanus S. R. E. Diaconus Cardinalis à Leone Papa III. factus Imp. Cæſ. Hludouico Pio Aug. ſedit m. 6. d. 24.

Creatus, & conſecratus 10. Cal. Iulii, fecit ordinationẽ vnam menſe Decembri Epiſcoporum v. Presbyterorum IX. & Diaconorum IV. obiit 8. Cal. Febr. anno 817. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 2.

## Paſchalis Pontifex C.

ANNO CHRISTI DCCCXVII.

PAſchalis Maximi Bonoſi filius Romanus, monachus, & Abbas S. Stephani S. R. E. Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis à Leone Papa III. factus Impp. Cæſſ. Hludouico Pio, & Hlothario filio eius Auguſtis, ſedit an. 7. m. 3. d. 17

Creatus 6. Calendas Febr. ordinationes duas menſe Decemb. & Martio fecit Presbyterorum VII. & Diaconorũ VII. obiit 3. Idus Maii, Anno 824. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 4.

## Eugenius II. Pontifex CI.

ANNO CHRISTI DCCCXXIV.

EVgenius II junior Boemundi filius Romanus S. R. E. Archipresbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ à Leone Papa III. factus Impp. Cæſſ. Hludouico Pio, & Hlothario Auguſtis, ſedit annos 4. m. 6. d. 24.

Creatus 16. Cal. Iunii, conſecratus 11. Calendas. obiit 4. Idus Decembris anno 827. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 3.

## *Zinzinus Antipapa XIV.*

ANNO CHRISTI DCCCXXIV.

*Schiſma XI.*

ZInzinus Romanus S. R. E. Presbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Papam Eugenium creatus à minore eligentium parte, ſedit dies aliquot.

Pontificatu non longo poſt coactus abdicauit.

## Valentinus Pontifex CII.

ANNO CHRISTI DCCCXXIV.

VAlentinus Leontii filius Romanus S.R. E. Archidia-con⁹ Cardinalis à Paſchali Papa factus, ſedit m.1.d.11.

Creatus 19. Cal. Ianuarii, conſecratus die ſequenti. obi-it 11. Cal. Febr. anni 828. ſepultus in Baſilica S. Petri. Vaca-uit ſedes d. 3.

## Gregorius IV. Pontifex CIII.

ANNO CHRISTI DCCCXXVIII.

GRegorius IV. Ioannis filius Romanus, S. R.E Pres-byter Cardinalis tt. S. Marci à Leone Papa III. factus Impp. Hludouico, & Hlotario Augg. ſedit annos 16.

Creatus, & conſecratus 7. Calend. Febr. ordinationes quinq; menſibus Martio, Septembri, & Decembri fecit E-piſcoporum, Presbyterorũ, & Diaconorum CLXXXV. obiit 8 Cal. Febr anno 844. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſe-des dies 15.

## Sergius II. Pontifex CIV.

ANNO CHRISTI DCCCXLIIII.

SErgius II. junior Sergii filius Romanus de regione 1. S.R.E. Archipresbyter Cardinalis tt. SS. Silueſtri, & Martini tt. Equitii à Paſchali Papa factus Imp. Cæſ. Hlota-rio Auguſto, ſedit annos 3. menſ. 2. d. 3.

Creatus, & conſecratus 4. Idus Februarii, ordinationem vnam menſ. Martio fecit, Epiſcoporum XXIII. Presbytero-rum VIII, & Diaconorum III. obiit pridie Idus Apr. anno 847. ſepultusq; in Baſilica S. Petri. Non vacauit ſedes.

## Leo IV. Pontifex CV.

ANNO CHRISTI DCCCXLVII.

LEo IV Rodulphi filius Romanus, S. R.E. Presbyter Cardinalis tt. SS. IV. Coronatorum à Sergio Papa II. factus, Impp. Hlothario, & Hludouico juniore Augg. ſedit an. 8. m. 3. d. 6.

Creatus die obitus Papæ Sergii prid. Idus April. conſe-cratus XV. Cal. Maii, ordinationes duas menſib. Martio, & Decembri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decemb. fecit Epiſcoporum LXIII. Presbyterorũ XIX. & Diaconorum VIII. obiit 16. Cal. Auguſti; ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 15.

## Benedictus III. Pontifex CVI.

ANNO CHRISTI DCCCLV.

BEnedictus III Petri filius Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis S. Mariæ Tranſtyberim tt. Caliſti, a Leone Papa IV. factus Imp. Hludouico Aug. ſedit ann. 2 m. 6. d. 9.

Creatus Cal. Octob. conſecratus prid. Nonas Octobr. ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XX. Presbyterorum VI. & Diaconi I. obiit V. Idus April. an. 858 ſepultus ad S. Petrum. Vacauit eo mortuo ſedes d. 5.

## *Anaſtaſius III. Antipapa XV.*

ANNO CHRISTI DCCCLV.

*Schiſma XV.*

ANaſtaſius III Romanus S R. E Presbyter Cardinalis tt. S. Marcelli in ſchiſmate contra Papam Benedictum creatus, ſedit dies aliquot.

Non longe poſt coactus abdicauit.

## Nicolaus Magnus Pontifex CVII.

ANNO CHRISTI DCCCLVIII.

NIcolaus Magn⁹ Theodori filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis à Papa Leone IV. factus Imp. Cæſare Hludouico iuniore Auguſto, ſedit annos 9. m. 6 d. 21.

Creatus, & conſecratus 8. Cal. Maii, ordinationes plures menſibus Martio, & Decembri fecit, Epiſcoporum LXV. Presbyterorum VII. & Diaconorum IV. obiit idibus Nouemb. anno Chriſti 867. Indictione prima; ſepultus in Baſilica S. Petri Apoſtoli in Vaticano. Vacauit Romana ſedes dies 7.

ROMANORVM PONTIFICVM PARTIS PRIMÆ FINIS.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PIO LECTORI S.

*AD ſecundam huius operis partem deuẽtu*
*eſt, quam vt dixi à prima, & tertia ſe-*
*ſeiunxi, quod horum temporum Pontifi-*
*neque perpetuum quendam habeant ſcr-*
*ptorem, & maiorem ſuorum geſtorum pa-*
*tem amiſerint. qua ratione factum eſt, vt hæc temp-*
*adeo incerta, & obſcura ſint, vt neque quo loco, neque q-*
*ordine aliquot Romanorum Pontificum nomina repo-*
*rentur ſatis liqueat; nonnullíq; præterea noui inrepſer-*
*Pontifices, quibus, ſtante maxime temporum ratione,*
*cus in hac ſerie eſſe non poteſt, vt Baſilio, Agapito ca-*
*& Domno II. qui vel iidem certe variatis nominibus*
*aliquot aliis Pontificibus, vel ſchiſmatici fuerunt, vel*
*omnino nunquam extiterunt. vnumquodque autem h-*
*rum aſſerere dubium eſt, & incertum. illud etiam ſci-*
*dum in Ioannis XI. Leonis VI. Stephani VIII. Leonis V-*
*& Stephani IX. ſerie, non vulgatam ſcriptorum opini-*
*nem. ſed Liutprandi Ticinenſis eccleſiæ Diaconi, qui p-*
*ca tempora, & Guillelmi Bibliothecarii, qui non longe p-*
*vixerunt, quique vero ſimilia ſcripſerunt, ſententia-*
*me ſequutum fuiſſe. cur autem Ioannis VIII. Angli-*
*Papæ, quem fœminam fuiſſe plerique fabulantur; item*
*Oſporci Papæ, qui quum Sergius II. appellatus eſſet, pri-*
*mus mutandi nominis Romanis Pontificibus occaſionem*
*dederit, cõtra vulgatam opinionem, aniles nugas, & pue-*
*rilia commenta non receperim, latius diſſeram in ſecũdo*

*inſti-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*inſtituti mei libro. cæterum quod aliquorum Pontificum, contra iam receptam conſuetudinem, numeros, quibus inter ſe hi, quidem nomen habent, diſtinguuntur, mutauerim, conſulto id feci. neque enim in eis numeris ſchiſmaticorum Pontificum rationem habendam vlla ratione eſſe duxi. quod ab antiquis perperam factum à poſteris emendatum eſt, vt in Felicibus, & Benedictis. eum enim Felicem, quem ſecundum, ſiue iuniorem veteres appellāt, quique in ſchiſmate contra Liberium factus eſt, Quintū item, & decimum Benedictos, vigeſimumque Ioannem ſchiſmaticos fuiſſe nemo non cognoſcit, propter eaque ex Pontificum legitimorum albo expungendos, atque in hiſce numeris, quibus diſtinguuntur, eorum non eſt habenda ratio, ſicut nec ſequentium Pontificum ſchiſmaticorum, vt Honorii II. Clementis III. Gregorii VIII. Cæleſtini II. Victoris IV. & aliorum habita eſt, qui forte magis ius habuerunt in Romano Pontificatu, quam illi ſuperiores. non enim cauſſam aliquam video, cur ita horum, ſicut & illorum in hiſce numeris rationem habere nolimus. ſed quod (vt dixi) male à maioribus vſurpatum fuit, à poſteris rectiore iudicio emendatum eſt. Qui igitur aliis ſunt Felices III. IV. & V. mihi erunt II. III. & IV. item qui aliis ſunt Benedicti VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. & XIII. mihi erunt V. VI. VII. VIII. IX. X. & XI.*

*In Stephanis vero, cur Stephani II. qui tantum triduo Pontifex fuit, quum legitimis ſuffragiis creatus ſit, rationē habere nolumus? quod inepte ab antiquis prætermiſſū eſt: aliquem enim eſſe legitimū Pontificē, & inter ceteros connumerandum non plus ius minus viuendi ratio fa-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cit, vel non eſſe conſecratum, ſed iuſta comitia, quib. Ste-phanum illum II. renunciatum fuiſſe ſatis conſtat adeo in Stephanis numerorum notæ mutandæ, & qui aliis II. mihi III. qui aliis III. mihi IV. & ſic deinceps vſque X. erit.*

*In Martinis vero fœde lapſus eſt Martinus quem quartum appellant, & qui eum ſequutus eſt Mar-nus V. nam ſecundum, & tertium Martinos Papas quam extitiſſe liquet, bene Marinos duos, primum, ſecundum, ſiue ſeniorem & iuniorem fuiſſe, in omni vetuſtis exemplaribus, bullis, inſtrumentis, lapidibus, cæteris id genus monumentis inueni, qui errore ex ad-ta T. litera exorto à poſteris Martini II. & III. ſunt ap-pellati. eſſent ergo Martini IV. & V. ſecundus, & terti dicendi.*

*In his vero Pontificibus, qui Ioannis nomen habu-runt, quanta, bone deus, confuſio exorta eſt ex veteru hiſtoriarum ignorantia. primo enim neſcio qua ratio ducti ſunt. Ioannes quem XXI. appellamus, & quem ſ quuti ſunt Ioannes XXII. & XXIII. quum is Ioannes, q ab aliquibus ſcriptoribus temere Ioannes XX. appellatu tam in ſuis bullis, quam in omnibus exemplaribus an-quis, ſemper Ioannes Papa XIX. dicatur, quod Ioann XVII. ſchiſmatici, qui contra Gregorium V. creatus fui nec ab ipſo, nec à duobus aliis prædeceſſorib ſuis, qui Ioa-nis nomen habuerunt, ratio habita ſit, quorum alter Ioa-nes XVII. & alter XVIII. nominati ſint, qui male à poſte-rioribus ſcriptoribus Ioannes XVIII. & XIX. dicti ſunt. porro autem nullus vnquam fuit Ioannes legitimus Pon-tifex, qui XX. vocatus ſit. Idcirco in Ioanne XXI. XXII.*

*& XXIII.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& XXIII. emendandum eſt Ioannes XX. XXI. & XXII. nam ſi Platina potuit in his Pontificibus, qui Ioannis nomen habuerunt, numerorum notas falſo, & ſine ratione mutare, & eos Ioannes, quos nos rectiſſime, VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. & XIX. appellamus IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. & XX. dicere. itē eos, qui Ioannes XX. XXI. & XXII. recte dici debent, illos XXII. XXIII. & XXIV. etiam ſecusquam ſeipſos nominauerunt, appellare: nonne, & ego iure eos poſſum mutando in integrum reſtituere?

Sed ne propter vulgatum, & iam receptum nominādi modum, dum res clariores facere volo, eas his mutationibus obſcuriores reddam; ſingulis nominibus germanam numeri notam addens, eam quoque, qua vulgo appellantur, adiunxi, vt de quo Pontifice loquatur vnuſquiſq; intelligat. vt exempli cauſa, Ioannes XXI. dictus XXII. primus enim numerus verus eſt, & is, quo iure appellari deberet, ſecundus autem falſus eſt, is videlicet, quo perperam ab omnibus nominatur, ob veterum monumentorum ignorantiam cum cæteris ſuborius.

Illud demum non ignorandum, eum Pontificem, qui vulgo deprauate Hilarius vocatur, non Hilarium, ſed Hilarum debere appellari, idque ex antiquis inſcriptionibus argenteis, muſiuis, & lapideis, quæ Romæ in baptiſterio Lateranenſi hactenus extant, reſtitui. ſi plura autem poſt hæc dicenda, vel aduertenda occurrent, ea in Romanorum Pontificum vitis explicabo. continet vero hæc pars ſecunda annos CLXXX.

# ONVPHRII PANVINII VERONENSIS FRATRIS EREMITÆ AVGVSTINIANI,

## *ROMANORVM PONTIFICVM PARS SECVNDA.*

### Hadrianus II. Pont. CVIII.

ANNO CHRISTI DCCCLXVII.

HAdrianus II. iunior Talari Epiſcopi fi-
lius S.R.E. Preſbyter Cardinalis
Papa Sergio II. factus, Imp. Cæſ. Hlu-
douico iuniore Aug. ſedit an. 5. d. 1.

Creatus 12. cal. Decembris. obi
cal. Decembris anno 872. ſepultus a
S. Petrum. Vacauit ſedes d. 12.

ANNO CHRISTI DCCCLXVIII.

*SAncta, & vniuerſalis ſynodus VIII. Conſtantinopolita-
quarta CCCLXXXIII. Epiſcoporum, contra Photium
Neophytum Conſtantinopolitanæ ſedis inuaſorem conlecta,
qua eo ex acto Ignatius Patriarcha, qui dolis Photii eiectus
fuerat, reſtitutus eſt.*

### Ioannes VIII. Pontifex CIX.

ANNO CHRISTI DCCCLXXII.

IOannes VIII. Gundi filius Romanus, S.R.E. Cardina-
lis Archidiaconus Impp. Cæſſ. Hludouico iuniore, Ca-
rolo II. Caluo; Hludouico III. Balbo; & Carolo III. Cra-
ſo Auguſtis, ſedit annos 10. d. 3.

Creatus 19. cal. Ianuarii. obiit 18. cal. Ianuarii anni 88
Indictione 15. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies

Marinu

## Marinus Pontifex CX.

ANNO CHRISTI DCCCLXXXII.

MArinus Palumbi Preſbyteri filius Galleſianus, Tuſcus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæſare Carolo III. Auguſto, ſedit annum 1.m.2.d.28.

Creatus 15. cal. Ianuarii. obiit 17. cal. Aprilis, anno 884. ſepultus in Baſilica S. Petri Apoſtoli. Vacauit ſedes dies 2.

## Hadrianus III. Pontifex CXI.

ANNO CHRISTI DCCCLXXXIII.

HAdrianus III. Romanus, Agapitus antea vocatus, Benedicti filius de regione via lata, Imper. Cæſ. Carolo III. Auguſto, ſedit annum 1.m.1.d.22.

Creatus 15. cal. Aprilis. obiit 7. Idus Maii anno 885. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 3.

## Stephanus V. Pontifex CXII.

ANNO CHRISTI DCCCLXXXV.

STephanus VI. dictus V. Romanus Baſilicus antea vocatus, Hadriani filius, de regione via lata, Impp. Cæſſ. Carolo III. & Arnulpho Augg. ſedit annos 6.d.14.

Creatus 4. Idus Maii. obiit 8. cal. Iunii anno 891. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 5.

## Formoſus Pontifex CXIII.

ANNO CHRISTI DCCCXCI.

FOrmoſus Portuenſis Leonis filius, & Epiſcopus Portuenſis à Ioanne Papa VIII. factus, Imp. Cæſ. Arnulpho Auguſto, ſedit annos 5.m.6. d.18.

Creatus pridie cal. Iunii. obiit 16. cal. Ianuarii, anno 896. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 2.

Formoſus primus omnium Romanorum Pontificum ex Epiſcopo factus Papa.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *Sergius III. Antipapa XVI.*

ANNO CHRISTI DCCCXCI.

*Schiſma XIII.*

SErgius III. Benedicti filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis in ſchiſmate contra formoſum Papa creatus, ſedit dies aliquot. Coactus abdicauit.

## Bonifacius VI. Pontifex CXIV.

ANNO CHRISTI DCCCXCVI.

BOnifacius VI. Hadriani Epiſcopi filius Romanus, Imp. Cæſare Arnulpho Auguſto, ſedit dies 15.

Creatus 13. Cal Ianuarii. obiit 3. nonas Ianuarii, anno 897. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 4.

## Stephanus VI. Pontifex CXV.

ANNO CHRISTI DCCCXCVII.

STephanus VII. dictus VI. Ioannis Preſbyteri Cardinalis filius Romanus Epiſcopus Anagninus à Formoſo Papa factus, Imp. Cæſ. Arnulpho Aug. ſedit an. 1. m. 3.

Creatus 6. Idus Ianuarii, obiit 8. Idus Aprilis, anno 898. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 3.

## Romanus Pontifex CXVI.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

ROmanus Conſtantini filius, Marini Papæ nepos Galleſianus Tuſcus Imp. Cæſ. Arnulpho Aug. ſedit m. 4. d. 23.

Creatus 4. Idus Aprilis, obiit cal. Septembr. anno 898. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 8.

## Theodorus II. Pontifex CXVII.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

THeodorus Iunior II. Photii Filius Romanus, Imp. Cæſare Arnulpho Auguſto, ſedit dies 20.

Creatus 4. Idus Septembr. obiit 3. cal. Octobris ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 11.

Ioan-

## Ioannes IX. Pontifex CXVIII.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

IOannes IX. Rampoaldi filius Tiburtinus monachus, Imp. Cæſ. Arnulpho Auguſto, ſedit annos 2. d. 15.

Creatus 5. Idus Octobris. obiit 8. cal. Nouembr. anno 900. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 9.

## Benedictus IV. Pontifex CXIX.

ANNO CHRISTI DCCCC.

BEnedictus IV. Mammoli filius Romanus, Imp. Cæſ. Ludouico IV. Arnulphi filio Auguſto, ſedit annos 4. menſ. 6. dies 15.

Creatus prid. nonas Nouembris. obiit 15. cal. Iunii an. 905. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 6.

## Leo V. Pontifex CXX.

ANNO CHRISTI DCCCCV.

*Schiſma XIV.*

LEo V. Ardeatinus, è villa Priapi; Imp. Ludouico IV. Auguſto, ſedit menſem 1. d. 10.

Creatus 8. cal. Iunii, coactus à Chriſtophoro Preſbytero abdicauit 5. nonas Iulii, & monachus factus eſt. non vacauit ſedes. obiit autẽ non longe poſt, & Laterani ſepultus.

## Chriſtophorus Pontifex CXXI.

ANNO CHRISTI DCCCCV.

CHriſtophorus Leonis filius Romanus, S. R. E. Preſbyter Cardinalis tt. SS. Laurentii, & Damaſi, Imp. Cæſare Ludouico IV. Auguſto, ſedit menſes 7.

Creatus V. nonas Iulii, coactus à Preſbytero Cardinale Sergio abdicauit, & monachus factus eſt 3. nonas Februarii anni 906. non longe poſt moriens in monaſterio ſuo ſepultus eſt.

## Sergius III. Pontifex CXXII.

ANNO CHRISTI DCCCCVI.

SErgius III. Benedicti filius Romanus, S. R. E. Preſbyter Cardinalis, Imp. Ludouico IV. ſedit an. 7. m. 3. d. 16.

Creatus prid. nonas Februarii. obiit 13. cal. Iunii an
913. Laterani ſepultus. Vacauit ſedes d. 7.

## Anaſtaſius III. Pontifex CXXIII.

ANNO CHRISTI DCCCCXIII.

ANaſtaſius III. Luciani filius Romanus, Imp. C
Conrado Franco, ſedit annos 2. m. 2. d. 29.

Creatus 6. cal. Iunii. obiit 9. cal. Septembris anno
ſepultus ad S Petrum. Vacauit ſedes d. 2.

## Lando Pontifex CXXIV.

ANNO CHRISTI DCCCCXV.

LAndo Tami filius Sabinus, Imperatore Cæſare C
rado Franco, ſedit menſes 4. d. 22.

Creatus 6. cal. Septembris. obiit 16. cal. Februarii
916. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 26.

## Ioannes X. Pontifex CXXV.

ANNO CHRISTI DCCCCXVI.

IOannes X. Ioannis filius Romanus prius Epiſcopus
nonienſis, poſt Archiepiſcopus Rauennas, Impp. C
Contrado Franco, & Henrico Aucupe Augg. ſedit an
m. 2. d. 15.

Creatus Idibus Februarii, obiit ſuffocatus ceruical
per os coniecto 5. cal. Maii, anno 930. ſepultus Late
non vacauit ſedes.

## Ioannes XI. Pontifex CXXVI.

ANNO CHRISTI DCCCCXXX.

IOannes XI. Sergii Papę III. filius nothus Romanus
Cæſ. Henrico Aucupe Saxone Auguſto, ſedit ann
m. 10. d. 15.

Creatus 5. cal. Maii, obiit 3. Idus Martii, anno 9
pultus Laterani. Vacauit ſedes diem 1.

## Leo VI. Pontifex CXXVII.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXV.

LEo VI. Chriſtophori Primicerii filius Romanus
Henrico Aucupe Saxone Auguſto; ſedit m. 6. d.

Cre

Creatus Idibus Martii, obiit 3. cal. Octobris, anno 935. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 10.

## Stephanus VII. Pontifex CXXVIII.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXV.

STephanus VIII. dictus VII. Tendemundi filius Romanus, Imp. Cæſ. Henrico Aucupe, ſedit ann. 2. m. 1. d. 15.

Creatus 6. Idus Octobris. obiit 8. cal. Decembris, anno 937. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 2.

## Leo VII. Pontifex CXXIX.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXVII.

LEo VII. Romanus, Imp. Cæſ. Othone Saxone, ſedit annos 2. menſes 6. d. 12.

Creatus 5. cal. Decembris obiit 8. Idus Maii, anno 940. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes m. 1.

## Stephanus VIII. Pontifex CXXX.

ANNO CHRISTI DCCCCXL.

STephanus IX. dictus VIII. Romanus, Imp. Cæſ. Othone Magno Saxone Auguſto, ſedit annos 2. m. 4. d. 15.

Creatus 5. Idus Iunii. obiit 10. cal. Nouembris, anno 942. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 10.

## Marinus II. Pontifex CXXXI.

ANNO CHRISTI DCCCCXLII.

MArinus II. iunior Romanus, Imp. Othone ſedit an. 3. m. 6. d. 13.

Creatus 3. nonas Nouembris. obiit Idibus Maii, anno 946. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 3.

## Agapetus II. Pontifex CXXXII.

ANNO CHRISTI DCCCCXLVI.

AGapetus II. iunior Romanus, Imp. Othone ſedit an. 9. m. 7. d. 10.

Creatus 14. cal. Iunii. obiit 5. cal. Ianuarii, anno 955. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes d. 12.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Ioannes XII. Pontifex CXXXIII.

ANNO CHRISTI DCCCCLV.

IOannes XII Romanus, Octauianus antea vocatus, comitibus Tuſculanis, Alberici Romanorum princi- & Conſulis filius de regione via lata, S. R. E. Diaco- Cardinalis, Imp. Cæſ. Othone, ſedit ann. 8. m. 4. d. 6.

Creatus 4. Idus Ianuarii, anno Domini 963. Idibus De- cembris, à concilio Romæ iuſſu Imp. Cæſaris Otho- Auguſti congregato, Pontificatus ei abrogatus eſt, an- eiuſdem 7. menſe 11. dieque 4. non vacauit ſedes, quo- die à concilio in eius locum factus eſt.

## Leo VIII. Pontifex CXXXIV.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIII.

LEo VIII. Romanus Ioannis Protoſcriniarii filius, e regione cliui Argentarii, & ipſe Apoſtolicæ ſedis Pro- toſcriniarius, qui Imp. Cæſ. Othone Magno Saxone Au- guſto, ſedit annum 1. m. 3. d. 5.

Creatus in concilio Idib. Decembris Ioanne Papa XII priuato.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIV.

IOannes XII. iam priuatus hoc anno 16. cal. Febru- Othone Auguſto abſente, & Leone VIII. vrbe fuga- Pontificatum Romanum recepit, tenuitq; m. 3. d. 28.

Obiit eodem anno, prid. Idus Maii, & Laterani ſepul- tus. non vacauit ſedes: nam eo die ab eius factione in ſchi- ſmate in eius locum contra Papam Leonem VIII. creatus eſt.

### *Benedictus V. Antipapa XVII.*

ANNO CHRISTI DCCCCLXIV.

*Schiſma XV.*

BEnedictus V. Romanus, S. R. E. Diaconus Cardina- lis, qui ſedit menſem 1. d. 11.

Creatus die obitus Ioannis, prid. nonas Maii. coactus ab Imp. Othone Auguſto abdicauit, eodem anno 8. cal. Iulii,

& in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& in Germaniam in vrbe Hamburgo relegatus, ibidem non longe poſt obiit, atque in cathedrali Hamburgenſi ſepultus eſt.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIV.

LEo VIII. Romanus poſt Benedicti abdicationem ſedit menſ. 8. dies 22. obiit anno 865. 16. calend. Aprilis. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes Romana menſes 6. dies 15.

## Ioannes XIII. Pontifex CXXXV.

ANNO CHRISTI DCCCCLXV.

IOannes XIII. Ioannis Epiſcopi filius, Romanus, Epiſcopus Narnienſis Imp. Cæſ. Othone Auguſto ſedit ann. 6. menſ 11. d. 5.

Creatus 6. Nonas Octobris. obiit 8. Idus Septembris an. 972. ſepultus in Baſilica S. Pauli Apoſtoli via Oſtienſi. Vacauit ſedes d. 14.

## Benedictus V. Pontifex CXXXVI.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXII.

*Schiſma XVI.*

BEnedictus V. Dictus VI. Hildebrandi filius Romanus, Imp. Cæſ. Othone Auguſto ſedit annum 1. m. 6.

Creatus 12. cal. Octobris. coactus abdicauit 14. cal. Aprilis anno 974. & in mole Hadriani in carcerem coniectus eſt, vbi à Cincio iuſſu Bonifacii Papæ VII. ſtrangulatus eſt; & ad S. Petrum ſepultus.

## Bonifacius VII. Pont. CXXXVII.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXIV.

BOnifacius VII. Romanus Franco Ferrutii filius antea vocatus, S. R. E. Diaconus Cardinalis Imp. Cæſ. Othone iuniore Auguſto, ſedit annum 1 m. 1. d. 12.

Creatus pridie cal. Aprilis. coactus abdicauit 5. Idus Maii & vrbe exactus, relegatus eſt anno 975. Vacauit ſedes dies 20.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Benedictus VI. Pont. CXXXVIII.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXV.

BEnedictus VI. dictus VII. Deusdedit filius, ex comi[...] Tuſculanis, Romanus, Epiſcopus Sutrinus Imp. Cæ[...] re Othone iuniore Auguſto ſedit annos 9. menſem vnu[...] dies 12.

Creatus fugato Bonifacio VII. eodem anno 7. cal. Iu[...] obiit 6. Idus Iulii, anno 984. ſepultus in titulo S. Cruc[...] Hieruſalem. Vacauit ſedes dies 5.

## Ioannes XIV. Pont. CXXXIX.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXIV.

IOannes XIV. Papienſis, Petrus antea vocatus, Ep[...] pus Papienſis Imp. Cæſ. Othone iuniore Auguſto [...] menſ. 8. d. 2.

Creatus Idib. Iulii. exactus Pontificatu à Bonifacio V[...] in vrbem reuerſo 17. cal. Aprilis; captusque, atque in ca[...] rem coniectus, non longè poſt mortuus eſt. non vaca[...] ſedes.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXV.

BOnifacius VII. Romanus, iterum Pontificatum R[...] manum tenuit Imp. Othone iuniore Auguſto men[...] dies 6.

A die abrogationis Ioannis Papæ XIV. videlicet 17. c[...] Aprilis, vſque ad 12. calend. Auguſti eius anni, in quo m[...] tuus eſt, & Laterani ſepultus. Vacauit eo mortuo Roma[...] ſedes dies 10.

## Ioannes XV. Pontifex CXL.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXV.

IOannes XV. Romanus Leonis Preſbyteri Cardin[...] filius de vico Gallinæ Albæ, Imp. Cæſare Othone III. A[...] guſto ſedit an. 9. m. 7. d. 10.

Creatus cal. Auguſti. obiit anno 995. 6. Idus Mar[...] ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 7.

Ioa[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Ioannes XVI Pontifex CXLI.

### ANNO CHRISTI DCCCCXCV.

IOannes XVI. Roberti filius Romanus Imp. Cæſ. Othone tertio Saxone Auguſto, ſedit m. 3.

Creatus 15. cal. April. obiit 15. cal. Iulii; ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 6.

## Gregorius V. Pontifex CXLII.

### ANNO CHRISTI DCCCCXCV.

GRegorius V. ex vrbe Wangia, ſaxo, Germanus, Bruno antea vocatus, Othonis filius, & Imp. Othonis affinis, ac capellanus, Imp. Cæſare Othone III. Auguſto, ſedit annos 2. m. 7. d. 25.

Creatus Rauennæ 8. cal. Iulii, conſecratus Romæ. obiit 12 cal. Martii anno 998. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes menſ. 8. d. 10.

## *Ioannes Antipapa XVIII.*

### ANNO CHRISTI DCCCCXCVI.

*Schiſma XVII.*

IOannes XVII. Græcus, Epiſcopus Placentinus, creatus in ſchiſmate contra Gregorium V. à factione Creſcentii Nomentani Conſulis Romani, ſedit m. 10.

Pontificatu ab Imp. Cæſ. Othone III. Auguſto coactus abdicauit, & in Germaniam relegatus eſt.

Huius, quoniam vi, & contra canones Romanum Pontificatum inuaſit, in nominis numero ratio non eſt habita à trib. Pontificib. proximè ſuccedentib. qui Ioannis nomen habuere, nec in numero Rom. Pontificum receptus eſt.

## Syluester II. Pontifex CXLIII.

### ANNO CHRISTI DCCCCXCVIII.

SYlueſter iunior II. Aquitanus Gallus, Gerebertus antea vocatus, Monachus Floriacenſis cœnobii in Galliis, primo Archiepiſcopus Remenſis, poſt Rauennas, Imper. Cæſ. Othone III ſedit an. 4. m. 6. d. 12.

Creatus calend. Nouembris. obiit 4. Idus Maii anno 1003. Indictione prima; ſepultus Laterani. Vacauit ſedes dies 23.

## Ioannes XVII. Pontifex CXLIV.

ANNO CHRISTI MIII.

IOannes XVII. Sicco antea vocatus, Romanus, ignobilis de vico Biberatica, Imp. Cæſ. Henrico II Auguſto, ſedit menſes 5. d. 26.

Creatus Nonis Iunii, obiit pridie cal. Nouembris, anno 1003. ſepultus in eccleſia S. Sabæ de cella nona in Auentino. Vacauit ſedes dies 19.

## Ioannes XVIII. Pont. CXLV.

ANNO CHRISTI MIII.

IOannes XVIII. Romanus, Phaſanus ante vocatus, e vico portæ Methodii, Imper. Cæſare Henrico II. iuniore Auguſto, ſedit an. 5. m. 7. d. 3.

Creatus 14. cal. Ianuarii. obiit 12. cal. Auguſti, an. 1009. ſepultus in Baſilica Lateranenſi. Vacauit ſedes dies 30.

## Sergius IV. Pont. CXLVI.

ANNO CHRISTI MIX.

SErgius IV. Petrus Martini filius ante vocatus, Romanus, Imp. Henrico II. Aug. ſedit annos duos, menſes 9. dies 12.

Creatus 12. cal. Septembr. obiit cal. Iunii anno 1012. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes dies 8.

## Benedictus VII. Pont. CXLVII.

ANNO CHRISTI MXII.

BEnedictus VII. dictus VIII. Romanus, Gregorii filius, ex comitibus Tuſculanis, S.R.E. Preſbyter Cardinalis, Imp. Cæſ. Henrico II. Aug. ſedit an. 11. m. 10. d. 21.

Creatus 4. Idus Iunii. obiit prid. cal. Maii, anno 1024. ſepultus ad S. Petrum. non vacauit ſedes.

ANNO

ANNO CHRISTI DXII.

*Schiſma XVIII.*

Inter Benedictum VII. & alium quendam preſbyterum, cuius nomen nunquam inuenire potui, factione quorundam nobilium contra Benedictum creatum, qui non longè poſt vrbe exactus eſt.

## Ioannes XIX. Pont. CXLVIII.

ANNO CHRISTI MXXIV.

IOannes XIX. Gregorii filius, & Benedicti VII. frater, Romanus, ex comitibus Tuſculanis, S.R.E. Cardinalis Epiſcopus Portuenſis. Imp. Cæſ. Conrado iuniore Saliquo Auguſto, ſedit an. 8. m. 7. d. 9.

Creatus pridie cal. Maii. obiit 6. Idus Decemb. an. 1032. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 2.

## Benedictus VIII. Pont. CXLIX.

ANNO CHRISTI MXXXII.

BEnedictus VIII. dictus IX. Romanus, Theophylactus Alberici filius antea vocatus, Benedicti VII. & Ioannis XIX. nepos, ex comitibus Tuſculanis, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Conrado II. & Henrico III. Augg. ſedit an. 12. m. 4. d. 20.

Creatus 3 Idus Decembris. exactus Pontificatu 13. cal. Februarii anno 1045. in eius locum factus eſt ab aduerſa factione,

*Sylueſter III. Antipapa XIX.*

ANNO CHRISTI MXLV.

*Schiſma XIX.*

SYlueſter III. Roman. Ioannes ante vocatus, S. R. E. Epiſcopus Cardinalis Sabinus, qui in ſchiſmate contra Benedictum VIII. ſedit menſem 1 d. 19.

Creatus 13. cal. Februar. exactus Pontificatu à Benedicto VIII. 5. Idus Martii, & in eius locum iterum Pontificatum Romanum obtinuit ipſe.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI MXLV.

BEnedictus VIII. qui cum Ioanne alio, quem XX. ap- pellabat, iterum ſedit in ſchiſmate contra Syluestrum menſ. 1.d.21.

A die 6. Idus Martii ad Calen. Maii anni 1045. quo de- quum ipſe, & Ioannes XX. ſponte abdicaſſent, tertius ſu- fectus eſt Gregorius VI.

*Ioannes XX. Antipapa XX.*

ANNO CHRISTI MXLV.

IOannes XX. Romanus, vna cum Benedicto VIII. in ſchiſmate contra Syluestrum II. ſedit m.1.d.21.

A die 6. Idus Martii, ad Cal. Maii, in quo quum abdi- caſſet ipſe, & Benedictus IV. factus, eſt in vtriuſque locum tertius Papa videlicet.

## Gregorius VI. Pontifex CL.

ANNO CHRISTI MXLV.

GRegorius VI. Romanus, Ioannes Gratianus antea ap- pellatus, S. R. E. Archipreſbyter S. Ioannis ante por- tam Latinam, qui Imp. Cæſare Henrico III. Auguſto, ſedit annum 1.m.7.d.21.

Creatus Calend. Maii, coactus in concilio Sutri ab Imp. Henrico III. congregato abdicauit, 12. Cal. Ianuarii, anno 1046. & Cluniacum in Galliis relegatus. ibidem non lon- gè poſt obiit.

*Schiſma XIX. in Romana Eccleſia.*

Inter hos quatuor Pontifices; in quo omnibus Ponti- ficatu abrogatis, in ſynodo Sutrina Pontifex Maximus Imp. Cæſaris Henrici III. Auguſti auctoritate factus eſt,

Clemens Papa II. natione Saxo, Germanus.

CAN-

# CANDIDO LECTORI S.

*TErtia hæc eſt Romanorum Pontificum pars, cui ob ſuperius relatas rationes iure optimo Clemens Papa II. initium dedit. hinc enim deinceps librorum, & auctorum copia, clariora, & illuſtriora omnia erunt. hinc Cardinalium perpetua ſeries haberi incipit. hinc maieſtas Pontificia aſſeri cœpta. hinc deniq; ex temporum tenebris egreſſi, paulatim in apertiſſimam lucem prodibimus. hanc autem partem in plures quoq; diuidi partes neceſſe fuit: primo enim loco id temporis interuallum ponam, quod inter Clementem II. & Gelaſium II. eſt; quod hæc tempora, ſi inferiorum rationem habere voluerimus, paulo obſcuriora ſint, neque præſertim quantum ad Cardinalium indicem attinet, multum clara. non enim omnia eorum nomina ſuperſunt; & ea, quorum cognitionem habemus ratione quadam indiſtincta ſub ſingulis Pontificibus non per ſuas ſigillatim creationes adpoſui. item Cardinales viuentes, quando iſti Romani Pontifices creati ſunt, vel qui eorum comitiis interfuerunt, mihi per hæc tempora deſunt. quæ omnia, quum ſub Gelaſii II. Pontificis Maximi Pontificatu haberi, & cognoſci incipiant, ideo vſque ad id tempus hanc perduci debere partem, conueniens viſum fuit. quæ annos continet plus minus LXXI.*

# ONVPHRII

## PANVINII VERONENSIS FRATRIS EREMITÆ AVGVSTINIANI,

## *ROMANORVM PONTIFICVM PARS TERTIA.*

### Clemens II. Pont. CLI.

ANNO CHRISTI MXLVI.

CLEMENS II. Pontifex Maximus, Suidgerus antea vocatus, natione Germanus, prouincia Saxonia, Imper. Cæſaris Henrici III. Auguſti capellanus, qui tribus Pontificibus ſchiſmaticis ab Imper. Henrico III. abdicare coacti, ex Epiſcopo Bambergenſi Romanus Pontifex Sutri in ſynodo 12. calen. Ianuarii anni Domini 1047. renunciatus Romam veniens 8. cal. Ianuarii videlicet, die Natalis Domini conſecratus, & coronatus fuit. ſedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Henrico III. Auguſto menſes 9. & dies 19.

Obiit verò Romæ anno Domini 1047. 7. Idus Octob. cuius cadauer Bambergam ad priorem ſuum Epiſcopatum translatum, in cathedrali eccleſia ſepultũ eſt. Vacauit ſedes menſes 9. & dies 7.

### Damaſus II. Pontifex CLII.

ANNO CHRISTI MXLVII.

DAmaſus II. Pontifex Maximus, Poppo antea vocatus, cognomento Bagnarius, natione Germanus, prouin-

cia

cia Bauaria, & Epiſcopo Bricinenſi in Noricis, ex auctoritate Imp. Cæſ. Henrici III. Auguſti Romanus Pontifex in locum Papæ Clementis II. anno Domini 1047. creatus eſt. qui Romam veniens 16. calen. Auguſti conſecratus, & coronatus fuit. ſedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Henrico III. Auguſto dies tantum 23.

Nam quum poſt conſecrationem ſuam Præneſte vitandi caloris Vrbani cauſſa profectus fuiſſet, ibidem 6. Idus Auguſti deceſſit, cuius cadauer Romam relatum, in baſilica S. Laurentii extra muros ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo Romana ſedes menſ. 6. & dies 14.

## Leo IX. Pont. CLIII.

ANNO CHRISTI MXLIX.

LEo Papa IX. Bruno antea vocatus, natione Germanus, prouincia Alſatia, patrem habuit Hugonem virum nobiliſſimum, ex Regio comitum Dagſpurgi aliàs Egghiſeim genere ortum. hic ex Epiſcopo Tullenſi in Leucis anno Domini 1049. ex auctoritate Imp. Henrici III. Auguſti Romanus Pontifex renunciatus Romam veniens, pridie Idus Februarii, Dominica prima Quadrageſimæ, indictione ſecunda, conſecrationis munus, & coronationis inſignia iuxta baſilicam S. Petri ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imper. Cæſare Henrico III. Auguſto annos 5. menſes duos, & dies octo.

*Cardinales XIV. creati à Papa Leone IX.*

Leo Papa IX. multas in ſuo Pontificatu Cardinalium fecit ordinationes, ex quibus eorum ſubiiciemus nomina, quorum memoriam ex tanta veterum illorum temporum obſcuritate inuenire, & in lucem edere potuimus.

*Epiſcopi Cardinales IV.*

Domnus Vbertus Monachus Tullenſis in Leucis, Francus Gallus, Epiſcopus Cardinalis Syluæ candidæ, aliàs SS. Virginum Rufinæ, & Secundæ.

Ioannes Mincius Guidonis filius Romanus ex comitibus Tuſculanis Epiſcopus Cardinalis Veliternus.
Bonifacius Epiſcopus Cardinalis Albanus.
Petrus Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

*Preſbyteri Cardinales VI.*

Hugo Blancus, aliàs Candidus Tridentinus Preſbyter Cardinalis tt. S. Clementis.
Domnus Stephanus monachus, & Abbas SS. Andreæ & Gregorii in diuo Scauri de vrbe Preſbyter Cardinalis tituli ſanct.
Ioannes Archipreſbyter S. Petri de Vrbe, S.R.E. Preſbyter Cardinalis.
Leo Preſbyter Cardinalis tt. S. Laurentii in Lucina; po. S.R.E. Archipreſbyter.
Domnus Mainardus Campanus monachus Caſſin. Preſbyter Cardinalis.
Domnus Stephanus monachus Caſſinas Preſbyter Cardinalis.

*Diaconi Cardinales IV.*

Fridericus Gozzelonis Ducis Lotharingiæ filius, Lotharingus Gallus, ex canonico eccleſiæ S. Lamberti, S.R.E. Archidiaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica & S.R.E. Bibliothecarius, ac Cancellarius.
Domnus Dauſerius, qui & Deſiderius Beneuentani Principis filius Beneuentanus Samnis monachus congregationis S. Trinitatis Canenſis, S.R.E. Diaconus Card.
Aribo Primiſcrinius, S.R.E. Diaconus Cardinalis.
Mancius Diaconus Cardinalis, poſt, S.R.E. Archidiacon.

Leo igitur Papa IX. aliquot ordinationibus, multos Cardinales creauit, ex quib. XIV. nomina reperta videlicet Epiſcoporum IV. Preſbyterorum VI. & Diaconorum IV.

*Bibliothecarii, & Cancellarii ſub Papa Leone IX.*

Petrus Diaconus Cardinalis Bibliothecarius, & Cancellarius S. Apoſtolicæ ſedis, anno primo Papæ Leonis IX.

Frideri

Fridericus Lotharingus Gallus, poſt Petrum S. Apoſt. ſedis Bibliothecarius, & Cancellarius ab anno ſecundo ad finem Pontificatus.

Anno Domini 1054. 13. Cal. Maii, obiit Papa Leo IX. Romæ, Cadauer ibidem ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſ. 11. & dies 28.

## Victor II. Pont. CLIV.

### ANNO CHRISTI MLV.

Victor Papa II. Gebehardus ante vocatus, natione Germanus, prouincia Sueuia, Laureaci ex comitibus Calbenſib. ortus, Ardwigi comitis, & Bitzelæ filius, Imp. Henrici III. propinquus fuit. ex cuius auctoritate, quum eſſet Epiſcopus Eiſtatenſis, & eiuſdem conſiliarius Pontifex Romanus creatus, Romæ idib. Aprilis anni Domini 1055. ab Epiſcopis Cardinalibus conſecratus, & coronatus eſt. ſedit autem Imp. Cæſ. Henrico III. annos 2. menſes 3. & dies 16.

*Preſbyter Card. creatus à Victore Papa II.*

Anno Domini 1057. Pontificatus anno 3. menſe Iunio, ſabbato 4. temporum Pentecoſtes Florentiæ in Tuſcia.

Domnus Fridericus Gozzelonis Ducis Lotharingiæ filius Lotharingus Gallus, monachus Caſſinas paulò ante factus, atque à monachis eius monaſterii Abbas Caſſinenſis electus, & Archidiacono, S.R.E. à Victore Papa II Preſbyter Cardinalis tituli S. Chryſogoni creatus, & Abbas Caſſinenſis conſecratus eſt.

Fridericus Lotharingus, S.R.E. Archidiaconus, Bibliothecarius, & Cancellarius S. Apoſtolicæ ſedis; & eo abſente,

| | |
|---|---|
| Domnus Hildebrandus, S.R.E. Card. ſubdiac.<br>Domnus Vbert. Tullenſ. Epiſc. Card ſyl. cand.<br>Aribo, S.R.E. Diaconus Card. & primiſcrinius | pro Cancellario S. R. E. |

Anno Domini 1057. 5. cal. Auguſti, Florentiæ in Tuſc obiit Victor Papa II. ſepultus ibidem in eccleſia cathed li. Vacauit ſedes dies 4.

## Stephanus IX. Pontifex CLV.

### ANNO CHRISTI MLVII.

STephanus Papa X. dictus IX. Fridericus antea appel tus, natione Gallus prouincia Lotharingia, regio Fra corum regum genere oriundus, patrem habuit Gozz nem Ducem Lotharingię, fratrem verò Gothefridum gnum, & in Italia potentiſſimum ducem, Mithildisque mitiſſę maritum, habuit qui Papæ Leonis IX. Archidia nus fuerat. mortuo verò Victore II. ex Abbate Caſſine & S.R.E. Preſbytero Cardinale tt. S. Chryſogoni, Bibl thecario, & Cancellario, anno Domini 1057. 4. Nonas A guſti, in eius locum, Pontifex Maximus renunciatus, ſequenti, conſecratus, & coronatus eſt. ſedit autem in A ſtolica ſede Imp. Cæſare Henrico IV. nobiliſſimo pu menſes 7. & dies 28.

*Cardinalis creatus à Stephano Papa IX.*

Anno Domini 1058. menſe Martio, Sabbato 4. tem rum Quadrageſimæ Papa Stephanus X. Romæ Cardi lem vnum creauit, qui fuit,

Domnus Petrus de Honeſtis Damſani filius, cognome Peccator, nobilis Rauenna, Eremita Epiſcopus Ca nalis Oſtienſis.

Papa Stephanus ſine Cancellario vel Bibliothecario f ſed

Domnus Vbertus Epiſcop. Card. Syluæ Cand. } pro Ca
D. Hildebrandus, S.R.E. Card. Subdiaconus } cella
Aribo Diac. Card. & S.R.E. Primiſcrinius } fuer

Anno Domini 1058. 4. cal. Aprilis Florentiæ obiit Stephanus, ibidemq; in cathedrali eccleſia ſepultus, Va uit ſedes dies 13.

Bene

*Benedictus IX. Antipapa XXI.*

ANNO CHRISTI MLVIII.

*Schiſma XX.*

BEnedictus Papa IX. dictus X. Ioannes Mincius anteà vocatus Guidonis filius, nobili comitum Tuſculanorũ genere Romæ oriundus, ex Epiſcopo Cardinale Veliterno a Leone Papa IX. creato, mortuo Papa Stephano, à Romanis proceribus laicis propinquis ſuis præter canones, & contra Cardinalium voluntatem Pontifex Maximus renunciatus, pridie Idus Aprilis anni 1058. conſecratus & coronatus eſt. ſedit Imp. Cæſ. Henrico IV. menſes nouem, dieſque 20.

Coactus à Cardinalibus & Nicolao Papa II. contra eum Senis in Tuſcia facto, Duce quoq; Gotefrido opem ferente, abdicauit prid. cal. Februarii anni Domini 1059. & non longe poſt moriens ad Sanctam Mariam Maiorem ſepultus eſt.

Hunc quod legitimis ſuffragiis renunciatus Pontifex nõ fuerit, ex albo Pontificum Romanorum quidam prorſus ammouent, menſeſq; 10. & dies 3. ſedẽ vacaſſe ſcribunt. quo ille tempore Pontificatum Romanum inuaſit. huic ſententiæ & nos ſubſcribimus, quare in ſequentibus pontificibus, qui Benedicti nomen habuerunt, in numerandi ratione huius rationem non habebimus, ſicut nec Benedicti illius, quem omnes quintum appellant, habuimus.

## Nicolaus II. Pontifex CLVI.

ANNO CHRISTI MLIX.

NIcolaus Papa II. Gerardus cognomine Burgundio antea appellatus, natione Allobrox; ex Epiſc. Florentino, Senis in Tuſcia omnium Cardinalium ſuffragiis in ſchiſmate contra Benedictum Papam IX. ſedis Apoſtolicæ inuaſorem pridie cal. Ianuarii anni 1059. Pontifex Maximus renunciatus eſt, eodem Benedicto prius abrogato, qui Romam cum Cardinalibus veniens auxilio Ducis Gote-

fridi, Stephani Papæ X. fratris, pulſo atque abdicare co[…] Benedicto IX. menſe Ianuario conſecratus, & coro[…]tus eſt.

Sedit verò in Apoſtolica ſede Imp. Caſ. Henrico IV. [an]nos 2. m. 6. & d. 1.

*Cardinales IV. creati à Nicolao Papa IV.*

Anno Domini 1059. Pontificatus primo, menſe M[…] ſabbato 4. temporum Quadrageſimæ, Auximi in Pi[…] Papa Nicolaus II. hos creauit cardinales, qui fuerunt;

Ioannes Epiſcopus Cardinalis Portuenſis.
Ioannes Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.
Domnus Deſyderius Beneuentanus Samnis monach[…] electus Abbas Caſſinenſis, ex Diacono Leonis P[…] IX. Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ, & Abbas C[…]nenſis conſecratus eſt.
Domnus Hildebrandus Bonicii filius Soanenſis T[…] Monachus, & olim Prior Cluniacenſis ex Abba[…] Pauli extra vrbem via Oſtienſi, & S.R.E. Cardinale[…] diacono, & œconomo, Apoſtolicæ ſedis Archidiac[…] Cardinalis S. Mariæ in Dominica factus.
Domnus Oderiſius ex comitibus Marſorum Campa[…] Oderiſii Comitis filius, Monachus Caſſinas, Diac[…] Cardinalis, poſt Abbas Caſſinenſis.

Nicolaus Papa II. ordinatione vna menſe Marti[…]cta, 4. nouos creauit Cardinales, Epiſcopos videlicet du[…] & Diaconos totidem, Preſbyterumque vnum ex antiq[…] Diacono fecit.

Nicolaus Papa II. ſine Cancellario vel Bibliothec[…] fuit, ſed

Domnus Vbertus Epiſcop. Card. Syluæ Cand.
Hildebrandus, S.R.E. Archidiaconus, &
Aribo Diac. Card. & S.R.E. Primiſcrinius } pro C[…] cell[…] fuer[…]

Anno Domini 1061. pridie Cal. Iulii Romæ obiit Ni[…]laus Papa II. cadauer ad S. Petrum ſepultum eſt. Vaca[…] ſedes menſes 3.

Hen[…]

*Honorius II. Antipapa XXII.*

ANNO CHRISTI MLXI.

*Schiſma XXI.*

HOnorius Papa II. Cadolus antea vocatus, Parma nobili genere ortus, ex Epiſcopo Parmenſe auctoritate Imperatoris Henrici IV. inconſultis Cardinalibus Romanus Pontifex deſignatus 5. Cal. Nouembr. anni 1061. conſecratus, & coronatus eſt.

Sedit in ſua obedientia Imp. Cæſ. Henrico IV. annos 5.

Damnatus in Concilio Mantuano 6. Cal. Nouembris anni 1062.

Pontificatusq; ei abrogatus eſt, confirmato eius competitore Alexandro II. verum, quum obtemperare concilio noluiſſet, Pontificatus Romani inſignia multis annis vſq; ad mortem tenuit, Cardinales quoque, & alia omnia, quæ Romani Pontifices ritè creati facere conſueuerunt, fecit. eius tamen geſta, vt pleraque alia, omninò intercidere, vt etiam nec dies vel annus eius mortis ſciri poſſit.

## Alexander II. Pont. CLVII.

ANNO CHRISTI MLXI.

ALexander Papa II. Domnus Anſelmus antea vocatus, Mediolani ſummo loco ex familia Badagia natus, patrem habuit Anſelmum , eiuſdem ciuitatis primarium hominem. hic ex canonico regulari monaſterii Lateranenſis Epiſcopus Lucenſis primo, mox à Cardinalibus, Romæ in ſchiſmate contra Cadolum Epiſcopum Parmenſem ab Imperatore Henrico IV. deſignatum, Calendis Octobris anni 1061. Romanus Pontifex renunciatus, non longè poſt conſecratus, & coronatus eſt. ſedit autem in Apoſtolica ſede, Imp. Cæſare Henrico IV. Auguſto annos 11. m. 6. dies q; 22.

*Cardinales XX. creati ab Alexandro Papa II.*

Alexander Papa II. multas in ſuo Pontificatu Cardinalium

fecit ordinationes, ex quibus eorum ſubiiciemus nomi quorum memoriam ex antiquis huius Pontificis mo mentis eruere potuimus.

*Epiſcopi Cardinales V.*

Domnus Mainardus Campanus monachus Caſſinas Preſbytero Leonis Papæ IX. Epiſcopus Cardinalis uæ Candidæ.

Baſilius Græcus Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Vbaldus Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Vbertus Epiſcopus Cardinalis Prænestinus.

Gerardus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.

*Preſbyteri Cardinales XI.*

Benno Germanus Preſbyter Cardinalis; poſt, S.R.E. chipreſbyter.

Hugo Gallus Preſbyter Cardinalis, poſt Archiepiſco Lugdunenſis.

Hugobaldus Preſbyter Cardinalis.

Ponno Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Ioannes Preſbyter Cardinalis.

Domnus Bernardus Gallus monachus, & Abbas S. Vi ris Maſſiliæ Preſbyter Cardinalis.

Domnus Ricardus Gallus monachus Preſbyter Card Abbas S. Victoris Maſſiliæ.

Atto Preſbyter Cardinalis.

Hermanus Preſbyter Cardinalis, poſt Archipreſbyter.

Domnus Aldemarius Capuanus Campanus, ex cle Capuanæ eccleſiæ Ricardique Principis Capuani C cellario, monachus Caſſinas, Abbas SS. Stephani Laurentii extra muros Romæ, Preſbyter Cardinalis

Anſelmus Preſbyter Cardinalis, poſt Epiſcopus Lucen

*Diaconi Cardinales V.*

Domnus Albericus monachus Caſſinas Diaconus Car nalis.

Dom

Domnus Theodimus ex comitibus Marſorum Campanus Berardi comitis filius, monachus Caſſinas Diac. Card. poſt, S.R.E. Archidiaconus.

Leo Diaconus Cardinalis, & Camerarius, S.R.E.

Petrus Romanus ex Præpoſito S. Georgii in Lateranenſi Patriarchio Diac. Cardinalis & S.R.E. Cancellarius.

Albertus Diaconus Cardinalis.

Alexander Papa II. aliquot ordinationibus menſe Decembri, & aliis factis, multos creauit Cardinales, quorum xx. tãtum nomina reperta videlicet Epiſcoporum v. ſed vnius ex antiquo Presbytero, Presbyterorum xi. & Diaconorum v.

*Bibliothecarius & Cancellarius S.R.E. ſub Alexandro Papa II.*

Petrus Romanus Præpoſitus S. Georgii in Lateranẽſi Patriarchio pro Cancellario & Bibliothecario, S.R.E. anno Pontificatus primo.

Idem Petrus creatus, S.R.E. ſubdiaconus Apoſtolicæ ſedis Bibliothecarius annis 4. & 5.

Idem Petrus creatus, S.R.E. Diaconus Cardinalis ſedis Apoſtolicæ Bibliothecarius, & Cancellarius.

Aribo Diaconus Cardinalis & Primiſcrinius, pro Cancellario, & Bibliothecario abſente Petro, anno Pontificatus ſeptimo.

Anno Domini 1073. 10. Cal. Maii Romæ obiit Alexander Papa II. cadauer Laterani ſepultum eſt. non vacauit ſedes.

## Gregorius VII. Pontifex CLVIII.

ANNO CHRISTI MLXXIII.

GRegorius Papa VII. Domnus Hildebrandus antea vocatus, natione Tuſcus, patria Soanenſis, Bonicii filius, monacho, & priore Cluniacenſis monaſterii, S.R.E. Cardinalis ſubdiaconus, œconomus, & Abbas S. Pauli à Leone Papa ix. creatus, mox à Nicolao Papa II.

S.R.E. Archidiaconus ordinatus eſt. qui die obitus Ale-
xandri Papæ II. videlicet 10. Calendas Maii anno 1073. o-
mnium Cardinalium ſuffragiis Pontifex Maximus renun-
ciatus, Romæ III. Calenda Iulii conſecrationis munus, &
coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Henrico IV.
Auguſto annos 12. menſem 1. & dies 3.

Gregorius Papa VII. multas in ſuo Pontificatu Cardi-
nalium fecit ordinationes, ex quibus horum tantum no-
mina reperta ſunt.

*Epiſcopi Cardinales IV.*

Domnus Otho de Caſtillione Diœceſis Remenſis Gal-
ex canonico regulari Lateranenſi monachus Clunia-
cenſis, Epiſcopus Card. Oſtienſis.

Gregorius Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Petrus Igneus Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Ioannes Epiſcopus Card. Tuſculanus.

*Presbyteri Cardinales XI.*

Petrus ex Diacono Cardinali Alexandri II. Presbyter Car-
dinalis tt. S. Chryſogoni, & S.R.E. Cancellarius.

Domnus Ioannes Gallus monachus, & Abbas Dolen-
Presbyter Card. SS. Sylueſtri & Martini, tt. Equitii, p-
factus Archiepiſcopus Dolenſis.

Deuſdedit VI. Conſultus Presbyter Card. S. Petri ad Vin-
cula, tt. Eudoxiæ.

Gratianus Presbyter Cardinalis.

Domnus Gebizo monachus, & Abbas monaſterii SS. Bo-
nifacii, & Alexii in monte Auentino Presbyter Cardi-
nalis.

Cuno Germanus Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Benedictus Presbyter Card. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.

Benedictus Presbyter Card. tt. S Praxedis.

Domnus Reginerus Creſcentii filius Bleranus, ex comi-
tu Galliatæ Tuſcus, ex Canonico regulari Lateranen-
monachus Cluniacẽſis, Abbas SS. Laurẽtii, & Stepha-
extra muros vrbis via Tiburtina Presbyter Card. tt. S.
Clementis.

Natu-

Natro Presbyter Cardinalis.
Innocentius Presbyter Cardinalis.
Leo Presbyter Cardinalis.

*Diaconi Cardinales VI.*

Gregorius S.R.E. Diaconus Cardinalis.
Ioannes Diaconus Cardinalis, poſt S.R.E. Archidiaconus.
Bernardus Papienſis Diaconus Cardinalis.
Gregorius Diaconus Cardinalis.
Albertus Diaconus Cardinalis.
Creſcentius Diaconus Cardinalis.

Gregorius Papa VII. aliquot ordinationibus factis multos creauit Cardinales ſed XXI. tantum nomina reperta, videlicet Epiſcoporum IV. Presbyterorum XII. ſed vnius ex antiquo Diacono, & Diaconorum VI.

*Petrus Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni, S.R.E. Bibliothecarius, & Cancellarius.*

Anno Domini 1085. 8. Calen. Iunii Salerni in Brutiis, obiit

Gregorius Papa VII. cadauer ibidem in eccleſia S. Matthæi ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes annũ vnum, menſes 4. dieſq; 27.

## *Clemens III. Antipapa XXIII.*

ANNO CHRISTI MLXXX.

*Schiſma XXII.*

CLemens III. Antipapa, Gibertus antea vocatus, ſummo loco Parmę in Lombardia ex nobili Corrigiarum famlia ortus eſt. hic primo fuit clericus Parmenſis eccleſiæ, mox Imperatoris Henrici IV. Cancellarius: deinde, eo procurante, Arhiepiſcopus Rauennas factus, atque ab Alexandro Papa II. conſecratus. quo mortuo, & Gregorio Papa VII iam octauum ſui Pontificatus annum agente, ab Epiſcopis Lombardis, & aliquibus ex clero Romano ab Imperatore pecunia corruptis, ex auctoritate eiuſdem Imperat. Henrici IIII. in ſchiſmate contra Gre-

gorium Papá VII. anno Domini 1080. 7. Cal. Iulii, B-
xini in Noricis Antipapa creatus, Romæ 11. Cal. Apri
anno 1084. pulſo Gregorio Papa, coronatus eſt.
Sedit autem in ſchiſmate cõtra Gregorium VII. Victore
III. Vrbanum II. & Paſchalem II. Romanos Pontific
Imp. Cæſare Henrico 4. Auguſto, annos 21. menſes &
dies aliquot.

*Cardinales XIX. creati à Clemente Papa III.*

Clemens Papa III in ſua obedientia multas fecit Car-
nalium ordinationes, quibus multos Cardinales cre-
uit, ex quibus horum tantum nomina reperta.

*Epiſcopi Cardinales V.*

Adelbertus Epiſcopus Cardinalis Syluæ Candidæ, alias
Ruſinæ.
Joannes Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.
Hugo Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.
Petrus Epiſcopus Cardinalis Portuenſis.
Albertus Epiſcopus Cardinalis Nepeſinus.

*Presbyteri Cardinales X.*

Petrus Presbyter Cardinalis.
Anaſtaſius
Guarinus
Benno Germanus } Presbyteri Cardinales.
Romanus
Guido
Octauianus.
Domnus Theodericus monachus, & Abbas Farfen-
Presbyter Cardinalis.
Domnus Nicolaus monachus, & Abbas S. Sylueſtri R-
mæ Presbyter Cardinalis.
Domnus Nicolaus monachus, & Abbas S. Pancratii Pr-
byter Cardinalis.

*Diaconi Cardinales IV.*

Seruidus ex ſubdiacono ſacri palatii Diaconus Cardina-
& pro Cancellario.

Paul-

Paulus Primicerius, S.R.E. Diaconus Cardinalis.
Albertus Atellanus Diaconus Cardinalis.
Maginulphus Romanus Diaconus Cardinalis.

*Seruidus ex ſubdiacono Diac. Card. pro Cancellario ſub Clemente III.*

Anno Domini 1101. Romæ obiit Clemens Papa III. cadauer eius Rauennam translatum in eccleſia cathedrali ſepultum eſt.

## Victor III. Pontifex CLIX.

### ANNO CHRISTI MLXXXVI.

VIctor Papa III. Domnus Deſiderius antea vocatus, natione Samnis patria Beneuentanus, ex principibus eius ciuitatis oriundus, ex monacho, & Abbate Caſſinenſi, Presbyteroque Cardinale, S.R.E. tt. S. Cæciliæ à Nicolao Papa II. facto, Romanus Pontifex in ſchiſmate contra Clementem Papam III. à Gregorii VII. factione Romæ die Pentecoſtes videlicet 9. Cal. Iunii anno 1086. renunciatus, non niſi anno ſequenti Capuæ 12. Cal. Aprilis conſecratus, & coronatus eſt.

Sedit in Apoſtolica ſede à die creationis ſuæ Imp. Cæſ. Henrico IV. Aug. annum vnum, menſes 3. dieſq; 24.

Obiit in monaſterio montis Caſſini anno 1087. 16. Calendas Octob. cadauer eius ibidem in capitulo fratrum ſepultum fuit. Vacauit Romana ſedes menſes 5. dieſq; 24.

Petrus Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni, S.R.E. Cancellarius ſub Victore Papa III.

## Vrbanus II. Pontifex CLX.

### ANNO CHRISTI MLXXXVIII.

VRbanus Papa II. Domnus Otho antea appellatus, natione Gallus, oppido Caſtelionis, quod eſt in diœceſi Remenſi, prius canonicus regularis Lateranẽſis, mox monachus Cluniacenſis factus, qui ex Epiſcopo Cardinale Oſtienſe à Gregorio Papa VII. creato, poſt obitum Victoris Papæ III. Romanus Pontifex in ſchiſmate contra

Clementem III, Antipapam à Gregorianæ factionis Ca-
dinalibus Terracinæ in Campania 4. Idus Martii anno Do-
mini 1088. creatus, & conſecratus fuit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Henrico II
Auguſto in ſchiſmate contra Clementẽ III. annos 2. me
4. & dies 18.

*Cardinales XXX. creati ab Vrbano Papa II.*

Vrbanus Papa II. ordinationibus quam plurimis m-
ſe Decembri, & aliis menſibus factis, multos creauit Ca
dinales, ex quibus horum nomina reperta.

*Epiſcopi Cardinales VII.*

Otho Gallus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.
Gualterus Epiſcopus Cardinalis Albanus.
Milo Epiſcopus Cardinalis Prænestinus.
Mauritius Epiſcopus Card. Portuenſis.
Creſcentius alias Cintius Epiſcopus Cardin. Sabinus.
Bobo Epiſcopus Cardinalis Labricanus.
Offo Epiſcopus Cardinalis Nepeſinus.

*Presbyteri Cardinales XIII.*

Domnus Oderiſius ex comitibus Marſorum Oderiſii C-
mitis filius, Campanus monachus Caſſinas ex Diaco
Cardinali Nicolai Papæ II. Presbyter Cardinalis cr-
tus, & Abbas Caſſinenſis conſecratus eſt.

Domnus Bernardus Vbertus Florentinus Tuſcus, Mo-
chus, & maximus Abbas vallis Vmbroſæ diœceſis F-
rentinæ, Presbyter Cardinalis tt. S. * poſt Epiſcop
Parmenſis, à Paſchali Papa II. conſecratus.

Petrus Presbyter Card. SS. Silueſtri, & Martini, tt. Equi
poſt S. R. E. Archipresbyter.

Amicus Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Paulus Presbyter Card. tt. S. Xyſti.

Bonifacius Presbyter Card. tt. S. Marci, poſt S. R. E. Arch
presbyter.

Bened-

Benedictus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.
Gregorius Presbyter Cardinalis tt. S. Priſcæ.
Theobaldus SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
Ioannes Presbyter Cardinalis tt S. Anaſtaſiæ.
Robertus Paſienſis Presbyter Card. tt. S. Euſebii.
Riſus Presbyter Card. tt. SS. Laurentii, & Damaſi.
Bernardus Presbyter Cardinalis tt. S Chryſogoni.
Dietericus Germanus, S.R.E. Presbyter Cardinalis.

*Diaconi Cardinales X.*

Domnus Ioannes Caietanus Creſcentii filius, monachus Caſſinas, ex S R. E. ſubdiacono, & Papæ Vrbani II Præſignatore, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, & S.R.E. Cancellarius.
Domnus Gregorius monachus, & Abbas Sublacenſis Diaconus Cardinalis.
Domnus Gregorius monachus, & Abbas SS. Andreæ, & Gregorii in cliuo Scauri de vrbe, Diaconus Cardinalis S. Euſtachii.
Leo Diaconus Cardinalis Sancti. *
Ionathas Diaconus Card. SS. Coſmæ, & Damiani.
Theodimus Campanus Diac Card. S. Mariæ in Porticu.
Theobaldus Diaconus Card. S. Mariæ Nouæ.
Domnus Gregorius de Papa Ioannis Filius, Romanus de regione Tranſtiberim, Canonicus regularis Lateranẽſis Diac. Card S. Angeli.
Ioannes Diaconus Card. S. Hadriani.
Bernardus, S.R.E. Diaconus Cardinalis.
Vrbanus Papa II. aliquot ordinationibus menſe Decemb. & aliis menſibus factis multos Cardinales creauit, ſed ex eis non niſi xxx. nomina inuenta, videlicet Epiſcoporum VII. Presbyterorum XIV. ſed vnius ex antiquo Diacono, & Diaconorum X.
Domnus Ioannes ex ſubdiacono, S.R.E. Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin, Præſignator Domni Vrbani Papæ II.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Anno Domini 1099. Romæ in ædibus Petri Leonis IV Calen. Auguſti obiit Vrbanus Papa II. eius cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes Romana di 17.

## Paſchalis II. Pontifex CLXI.

### Anno Christi mxcix.

PAſchalis Papa II. Domnus Reginerius antea vocatus, natione Tuſcus oppido Blera in comitatu Galliatæ patrem habuit Creſcentium, matrem vero Alſatiam. hic primo fuit canonicus regularis Lateranenſis, mox monachus Cluniacenſis factus eſt. mortuo vero Vrbano Papa II. ex Abbate SS. Stephani, & Laurentii extra muros vrbis, Presbytero Cardinale tt. S. Clemētis à Gregorio Papa VII creato, Romanus Pontifex in ſchiſmate contra Clementem III. Antipapam à Gregorianæ factionis Cardinalibus 18. Cal. Septembr. anno 1199. Romæ renunciatus, die ſequenti ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Impp. Cæſaribus Henricis IV. & V. Auguſtis, annos 18. menſes 5. & dies 7.

*Creationes Cardinalium Paſchalis Papæ II.*

Paſchalis Papa II. multas in ſuo Pontificatu Cardinalium fecit ordinationes, ex quibus earum, quas potuimus inuenire, hæ præcipuę feruntur.

*Creatione prima ante annum VI. Pontificatus.*

Habita inter multos, quos fecit Cardinales, horum IV nomina tantum inuenta.

Domnus Leo Marſicanus Campanus, monachus, & Bibliothecarius monaſterii Caſſinenſis, Epiſcopus Card. Oſtienſis.

Joannes Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Ricardus Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Leo

Leo Epiſcopus Cardinalis Veliternus.

*Creatione Cardinalium ſecunda.*

Anno Pontificatus ſui ſexto, menſe Septembri habita, inter alios Cardinales hi XVIII. creati ſunt.

Domnus Lambertus de Fagnano alias de Scanabecchis ciuis, & Archidiaconus Bononienſis, ex Canonico regulari Lateranenſi Epiſcopus Card. Oſtienſis.
Diuizzo Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.
Conradus Epiſcopus Cardinalis Prænestinus.
Vincentius Epiſcopus Cardinalis Portuenſis.
Leo Epiſcopus Cardinalis Albanus.
Arnaldus Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis.
Gregorius Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
Ioannes Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ.
Guido Presbyter Cardinalis tt. S. Chryſogoni.
Rainus Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.
Vbertus Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.
Antonius Presbyter Cardinalis tt. S. Suſannæ.
Otho Presbyter Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.
Gregorius Caietanus Papæ ſcriptor, Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio.
Aldo de Ferentino Campanus Papæ ſcripto, SS. Sergii, & Bacchi.
Domnus Henricus Siculus, monachus, Decanus Mazarenſis, Diac. Card. S. Theodori.
Domnus Oderiſius de Sangro Campanus, monachus, & Præpoſitus monaſterii Caſſinenſis, Diaconus Cardinalis S. Agathæ, poſt Abbas Caſſinenſis.
Domnus Roſcemanus Campanus monachus Caſſinas Diac. Card. S. Georgii in velabro.

*Alia creatione anno Pontificatus VIII. habita, hi duo creati ſunt Cardinales.*

Landulphus Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Diuizzo Presbyt. Card. SS. Syluestri, & Martini tt. Equi
Aliis Cardinalium ordinationibus anno x. Pontifica
& poſt habitis, multi Cardinales ab eodem Pont
creati ſunt, ſed horum tantum nomina inuenta.

*Epiſcopi Cardinales III.*

Domnus Cuno Germanus Eremita Trunciberenger
dinis Arroſiam, Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.
Petrus Epiſcopus Cardinalis Portuenſis.
Vitalis Epiſcopus Cardinalis Albanus.

*Presbyteri Cardinales XVII. vel XXI.*

Conradus Presbyt. Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.
Deſiderius Presbyt. Cardinalis tt. S. Praxedis.
Deuſdedit Presbyt. Card. tt. SS. Laurentii, & Damaſi
Gregorius de Ceceano Campan⁹ Papæ ſcriptor tt. S. L
rentii in Lucina.
Hugo Piſanus Papæ Paſcalis II. capellanus, Presbyt. C
Baſilicæ Apoſtolorum.
Saxo de comitibus Signiæ Anagninus Papæ ſcriptor & c
pellanus tt. S. Stephani in monte Cœlio.
Petrus Piſanus Papæ Capellanus tt. S. Suſannæ.
Ioannes Cremenſis Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni
Sigizzo Presbyter Cardinalis tt. S. Xyſti.
Amicus Presbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.
Anaſtaſius Presbyt. Card. tt. S. Clementis.
Nicolaus Presbyt. Card. SS. Io. & tt. Pauli, tt. Pammachi
Theobaldus Buccapecus Romanus, Presbyter Card. tt.
Anaſtaſiæ.
Gerardus Presbyter Cardinalis, tt. S. Priſcæ.
Guido Presbyter Cardinalis tt. S. Balbinæ.
Ioannes Presbyter Cardinalis tt. S. Euſebii.
Hugo de Alatro Campanus Presbyt. Card. S. Vitalis
Veſtinæ.
* * Presbyter Card. tt. SS. IV. coronatorum.
* * Presbyter Card. tt. S. Marcelli
* * Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
* * Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Calliſti.

Reliqui

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Reliquorum decem, & nouem Presbyterorum Cardinalium, quos à Paſchali Papa II. creatos fuiſſe conſtat, nomina deſiderantur.

*Diaconi Cardinales VII. vel IX.*

Petrus Diaconus Card. S. Hadriani.

Romanus Diaconus Card. S. Mariæ in porticu.

Petrus Petri Leonis Romanus, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani.

Comes Mediolanenſis Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Chryſogonus Piſanus Papæ ſcriptor, S. Nicolai in carcere Tulliano.

Stephanus Diac. Card. S. Luciæ in ſilice alias Orphea.

Creſcentius Anagrinus Campanus Papæ ſcriptor S. Mariæ in Domnica.

. . . Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

. . . Diac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ in macello Martyrum.

Reliquorum XVI. Diaconorum, quos Paſchalis Papa II. creauit, nomina adhuc reperire non potuimus.

Paſchalis Papa II. ordinationibus pluribus menſe Decembri, & aliis menſibus factis creauit Epiſcopos centum, habentur ex his Epiſcopi Cardinales XII. Presbyteros Cardinales L. habentur XXVII. & Diaconos Card. XXX. ex quibus XII. tantum nomina inuenta. ſunt autem omnino Cardinales à Papa Paſchali II. creati, quorum extat memoria LI.

*Domnus Joannes Caietanus monachus Caſſinas, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, S.R.E. Bibliothecarius, & Cancellarius.*

Anno Domini MCXVIII. XII. Cal. Februarii Romæ in pace eccleſiæ obiit Paſchalis Papa II. cadauer eius Laterani ſepultum. Vacauit Romana ſedes dies 3.

*Pontifices ſchiſmatici ſub Paſchali Papa II.*

ALbertus Attelanus in ſchiſmate poſt Clementem III. contra Paſchalem Papam II. anno Domini MCI. crea-

tus ſedit menſes 4. captus à militibus Paſchalis Papæ II. coactuſq; abdicauit, & in monaſterio S. Laurentii Auer ſæ perpetuo carceri mancipatus.

SYlueſter III. Romanus, Theodericus antea vocat monachus, & Abbas Farfenſis in ſchiſmate poſt Albe tum contra Papam Paſchalem II. creatus à Clementis A tipapæ factione ſedit menſes 3. & dies 15. captus & ipſ præſidiis Papæ Paſchalis, coactuſque abdicauit, atque monaſterio Cauenſi S. Trinitatis relegatus.

MAginulphus Romanus, in ſchiſmate poſt Theode cum contra Paſchalem Papam II. anno MCII. cre tus, non longe poſt moriens, maximo, & periculoſo ſch ſmati finem impoſuit.

## PIO LECTORI S.

*QVanto magis ad noſtra tempora proper mus, omnia nobis clariora, & illuſtri occurrent: deinceps enim & Cardinali creationes diſtinctæ, paucis admodum ex ceptis, videri poterunt, & eorum Car nalium cognitio habebitur, qui ſingulis poſt hæc Rom norum Pontificum creationibus, vel præſentes, vel a ſentes fuerunt: ſtellula enim aliquibus nominibus pr xa, eos ab eis comitiis abſentes fuiſſe notat. qua autem tione hanc partem, quæ annos CXXV. continet, In nocentii IV. Papæ Pontificatum attingere vo luerim, eo loco explicabo.*

Gelaſiu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Gelaſius II. Pontifex CLXII.

ANNO CHRISTI MCXVIII.

GELASIVS Papa II. Domnus Ioannes antea vocatus, natione Campanus, patria Caietanus, Creſcentii filius, nobili genere ortus eſt. hic ex monacho monaſterii Caſſinenſis, primo Præſignator (id eſt Cancellarius) S.R.E. & Papæ Vrbani II. fuit; mox ab eodem Pontifice Diaconus Cardinalis, S.R.E. S.Mariæ in Coſmedin factus eſt. qui mortuo Paſchale Papa II. Romæ omnium Cardinalium ſuffragiis 8. cal. Februarii anno MCXVIII. Pontifex Maximus renunciatus, Caietæ cal. Martii, conſecrationis munus, & coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit vero in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Henrico V. Auguſto annum vnum, & dies quinque.

*Cardinales LII. viuentes quando Gelaſius Papa II. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Vrbanus Papa II.*

Cencius Epiſcopus Cardinalis Sabinus, Prior Epiſcoporũ.

*Paſchalis Papa II.*

Domnus Lambertus Fagnanus, Epiſcopus Card. Oſtiẽſis.

* Diuizzo Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, abſens.

Petrus Epiſcopus Cardinalis Portuenſis.

* Domnus Cuno Germanus Epiſcop. Card. Prænestinus, abſens.

Vitalis Epiſcopus Cardinalis Albanus.

*Presbyteri Cardinales XXVIII.*

*Vrbanus Papa II.*

Amicus tt. S.Crucis in Hieruſalẽ, S.R.E. Archipreſbyter.

Bonifacius Preſbyt. Cardinalis tt. S. Marci.

Benedictus Preſbyt. Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

*Paſchalis Papa II.*

Ioannes Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.
Rainus tt. SS. Marcellini, & Petri.
V... Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ.
Diuizzo SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.
Conradus S. Pudentianæ tt. Paſtoris.
Deſiderius Presbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Deuſdedit tt. SS. Laurentii, & Damaſi.
Gregorius de Ceccano, tt. S. Laurentii in Lucina.
Hugo Piſanus, Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
Saxo Anagninus tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Petrus Piſanus tt. S. Suſannæ.
Ioannes Cremenſis tt. S. Chryſogoni.
Sigizzo Presbyt. Card. tt. S. Xyſti.
Amicus tt. SS. Nerei, & Achillei.
Anaſtaſius Presbyt. Card. tt. S. Clementis.
Nicolaus SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii.
Theobaldus tt. S. Anaſtaſiæ.
Gerardus Presbyt. Card. tt. S. Priſcæ.
Guido Presbyt. Card. tt. S. Balbinæ.
Ioannes Presbyt. Card. tt. S. Euſebii.
Hugo de Alatro, S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
. . . Presbyt. Card. tt. SS. IV. Coronatorum.
. . . Presbyt. Card. tt. S. Marcelli.
. . . Presbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
. . . Presbyt. Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

*Diaconi Cardinales XVIII.*

*Urbanus Papa II.*

Ioannes Caietanus S. Mariæ in Coſmedin, S.R.E. Cancellarius, & Archidiaconus.
Gregorius Diac. Card. S. Euſtachii.
Theobaldus Diac. Card. S. Mariæ nouæ.
Domnus Gregorius de Papa, S. Angeli.

*Paſchalis Papa II.*

Gregorius Caietanus S. Luciæ in Septiſolio.

Aldo de Ferentino SS. Sergii, & Bacchi.
Domnus Henricus ſiculus, S. Theodori.
Domnus Oderiſius de Sangio S. Agathæ.
Domnus Roſcemanus S. Georgii in Velabro.
Petrus Diac. Card. S. Hadriani.
Romanus S. Mariæ in Porticu.
Petrus Petri Leonis SS. Coſmæ, & Damiani.
Comes S. Mariæ in Aquiro.
Chryſogonus Piſanus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Stephanus S. Luciæ in Orphea.
Creſcentius S. Mariæ in Domnica.
. . . Diac. Card. S. Mariæ in via Lata.
. . . Diac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ in Macello Martyrum.

*Cardinalis creatus à Gelaſio Papa II.*

Anno Domini MCXVIII. Pontificatus primo cal. Martii. Caietæ Papa Gelaſius II. primo creauit Cardinalem vnum, is fuit Petrus Rufus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.

Chryſogonus Piſanus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Bibliothecarius, & Cancellarius.

*Schiſma XXIII. in Rom. Eccleſia in quo*

GRegorius Papa VIII. antea appellatus Mauritius Burdinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Bracarenſis, contra Papam Gelaſium II. in ſchiſmate ab Imp. Henrico V. Augusto, creatus fuit. qui ſedit annos aliquot, & à Caliſto Papa II. Gelaſii II. ſucceſſore apud Sutrium captus, Pontificatu abdicare coactus eſt, & in monaſterio Cauenſi relegatus.

Anno Domini MCXIX. 4. cal. Februarii Papa Gelaſius II. Cluniaci in Galliis, quo timore Imp. Henrici V. Augusti, confugerat, mortuus eſt; cadauer eius ibidem ſepultum. Vacauit ſedes dies 2.

## Caliſtus II. Pontifex CLXIII.

ANNO CHRISTI MCXIX.

CAliſtus Papa II. Guido antea vocatus, ſummo loco Galliis ortus, Guillelmum Burgundiæ comitem patrem habuit, qui ex Archiepiſcopo Viennenſi, Cluniaci in Galliis, vbi Gelaſius Papa II. obierat, ab eis Cardinalibus qui Cluniacum cum Papa Gelaſio II. venerant, Pontifex Maximus renunciatus cal. Februarii anni MCXIX. ibidem non longe poſt conſecratus; & coronatus eſt.

Sedit autem Imp. Cæſ. Henrico V. Auguſto, annos menſes 10. d. 13.

*Cardinales VI. qui Cluniaci Caliſtum Papam II. elegerunt.*

*Presbyteri Cardinales II.*

*Paſchalis Papa II.*

Ioannes Cremenſis Presbyt. Card. tt. S. Chryſogoni.
Guido Presbyter Cardinalis tt. S. Balbinæ.

*Diaconi Cardinales IV.*

*Vrbanus Papa II.*

Domnus Gregorius de Papa Diac. Card. S. Angeli.

*Paſchalis Papa II.*

Petrus Petri Leonis SS. Coſmæ, & Damiani.
Chryſogonus Piſanus, S. Nicolai in carcere Tulliano, R. E. Cancellarius.
Domnus Roſcemanus S. Georgii in Velabro.

*Prima creatio Cardinalium.*

Anno Domini MCXX. Pontificatus II. menſe Decembri, Romæ Papa Caliſtus II. primo creauit Cardinales, qui fuerunt

Petrus Petri Leonis Romanus, ex Diacono Cardin. SS. Coſmæ, & Damiani, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Calliſti.
Amicus iunior Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Petrus

Petrus Fontanis ortus Burgundus Gallus, tt. S. Marcelli.
Benedictus Preſbyter Card. tt. S. Clementis.
Gerardus Preſbyter Cardinalis tt. S. Priſcæ.
Stephanus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Ioanathas iunior SS. Coſmæ, & Diamiani.
Gregorius Diaconus Card. S. Euſtachii.
Domnus Gaymericus vir illuſtris Burgundus Gallus, canonicus regularis Diaconus Cardinalis S. Marię Nouę.

*Secunda creatio.*

Anno Domini MCXXI. Pontificatus 3. menſe Martio Papa Caliſtus II. Romæ, antiquum Diaconum, Abbatem, & in Preſbyterum Card. creauit, is fuit
Domnus Oderiſius de Sangro Campanus monachus, Caſſinenſis, ex Diacono Cardinale S. Agathæ, Preſbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, & Abbas Caſſinenſis creatus.

*Tertia creatio Cardinalium.*

Anno Domini MCXXII. Pontificatus 4. menſe Decembri, Romæ Papa Caliſtus II. tertio creauit Cardinales, in quibus fuerunt
Guillelmus Epiſcopus Card. Prænestinus.
Egidius Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.
Gregorius Preſbyt. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
Gregorius Tarquinius Diac. Card. SS. Sergii, & Bacchi.

*Quarta creatio Cardinalium.*

Anno Domini MCXXIV. Pontificatus 6. menſe Decembri Romæ, Papa Caliſtus II. quarto creauit Cardinales, in quibus fuerunt hi
Creſcentius Anagninus Campanus ex Diacono Cardinali S. Mariæ in Domnica, Preſbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.
Robertus Preſbyt. Card. tt. S. Clementis.
Angelus Diaconus Card. S. Mariæ in Domnica.
Matthæus Diaconus Card. S. Hadriani.
Ioannes Danferii Salernitanus, S. Nicolai in carc. Tullian.
. . . Diac. Card. S. Agathæ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Caliſtus Papa II. quatuor ordinationibus, menſibus Ma-
tio, & Decembri factis, multos creauit Cardinales, e
his tantum 16. memoria ſupereſt, videlicet Epiſcop
rum 11. Preſbyterorum IX. ſed trium ex antiquis D
conis, & Diaconorum VIII.

*Cancellarii ſiue Bibliothecarii S. R. E. ſub Caliſto Papa II.*

Chryſogonus Piſanus S. Nicolai in carcere Tulliano D
Card. S.R.E. Bibliothecarius, ab anno Pontificatus p
mo ad 5.

Hugo S.R.E. Subdiaconus Pro Cancellario poſt mort
Chryſogoni anno 5.

Domnus Haymericus Burgundus Gallus Diac. Car
Mariæ Nouæ S. R. E. Cancellarius, ab anno V. ad
Innocentii II. Papæ.

Caliſtus Papa II. Epiſcopatum ſyluæ candidæ, alias S. 
finæ, propter incolarum defectum, Epiſcopatui P
tuenſi adiunxit, anno XXIV. vacantis ſedis ſub Petro
piſcopo Cardinali Portuenſi.

Anno Domini MCXXIV. Idibus Decembris, Roma
iit Caliſtus Papa II. cadauer Laterani ſepultum. Va
uit ſedes Romana dies 10.

## Honorius II. Pontifex CLXIV.

ANNO CHRISTI MCXXIV.

HOnorius Papa II. Domnus Lambertus antea vo
tus, nobili de Fagnano, vt quidam ſcribunt, vel
lii Scanabecchorum familia Bononiæ ortus, primo ca
nicus regularis Lateranenſis fuit, mox ſuæ ciuitatis ec
ſiæ maioris Archidiaconus; deinde Epiſcopus Cardin
Oſtienſis à Paſchali II. Papa creatus. qui demum, mo
Caliſto II. Papa, Romæ 19. cal. Ianuarii anni MCXXIV.
ſchiſmate cum Theobaldo Buccapeco Presbytero Ca
nale tt. S. Anaſtaſiæ in Cæleſtinum Papam II. electo, Po
tifex Maximus renunciatus eſt; quo etiam die, quum
tanquam digniori, ceſſiſſet Cæleſtinus Papa II. ſeque
ord

ordinem redegiſſet, ipſe ſolus in Pontificatu remanſit, atque 12. calendas Ianuarii omnium Cardinalium ſuffragiis libere, & ſponte accedentibus, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem Impp. Cæſaribus Henrico V. Auguſto, & Hlothario Saxone annos 5. menſes 2. dies 3.

*Cardinales viui quando Honorius Papa II. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Vrbanus Papa II.*

Cencius Epiſcopus Cardinalis Sabinus, Prior Epiſcoporũ.

*Paſchalis Papa II.*

Domnus Lambertus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.
Petrus Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.
Vitalis Epiſcopus Card. Albanus.

*Caliſtus Papa II.*

Guillelmus Epiſcopus Card. Præneſtinus.
Egidius Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

*Presbyteri Cardinales XXVIII.*

*Vrbanus Papa II.*

Bonifacius tt. S. Marci, S.R.E. Archipresbyter.
Benedictus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

*Paſchalis Papa II.*

Ioannes Presbyt. Cardinalis tt. S. Cæciliæ.
V. . . Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ.
Conradus S. Pudentianæ tt. Paſtoris.
Diuizzo SS. Sylueſtri, & Martini tt. Equitii.
Deſiderius tt. S. Praxedis.
Deuſdedit tt. SS. Laurentii, & Damaſi.
Gregorius tt. S. Laurentii in Lucina.
Saxo tt. S. Stephani in monte Cœlio.
Petrus Piſanus tt. S. Suſannæ.
Ioannes Cremenſis tt. S. Chryſogoni.

Sigizzo Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti.
Amicus tt. SS. Nerei, & Achillei.
Nicolaus SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
Theobaldus Buceapecus tt. S. Anaſtaſiæ.
Guido Preſbyt. Card. tt. S. Balbinæ.
Ioannes tt. S. Euſebii.
Hugo de Alatro S. Vitalis tt. Veſtinæ.
. . . Preſbyt. Card. tt. SS. IV. Coronatorum.

*Paſchalis II. & Caliſtus II.*

Petrus Petri Leonis, S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

*Caliſtus Papa II.*

Amicus iunior tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Petrus Burgundus tt. S. Marcelli.
Gerardus Preſbyt. Card. tt. S. Priſcæ.

*Paſchalis II. & Caliſtus II.*

* Domnus Oderiſius de Sangro, Abbas Caſſinenſis, S. Cyriaci in Thermis.

*Caliſtus Papa II.*

Gregorius Preſbyt. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

*Paſchalis II. & Caliſtus II.*

Creſcentii Anagninus tt. SS. Marcellini, & Petri.

*Caliſtus Papa II.*

Robertus Presbyter Card. tt. S. Clementis.

*Diaconi Cardinales XVIII.*

*Urbanus Papa II.*

Domnus Gregorius de Papa S. Angeli, S.R.E. Archidiac.

*Paſchalis Papa II.*

Gregorius Caietanus S. Luciæ in Septiſolio.
Domnus Henricus Siculus Diac. Card. S. Theodori.
Domnus Roſcemanus S. Georgii in Velabro.
Romanus S. Mariæ in Porticu.
Comes S. Mariæ in Aquiro.
Stephanus S. Luciæ in Silice, alias in Orphea.
. . . Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

. . . SS. V-

. . . SS. Viti, & Modeſtæ in macello Martyrum.

*Caliſtus Papa II.*

Stephanus S. Mariæ in Coſmedin.
Ionathas iunior SS. Coſmæ, & Damiani.
Gregorius S. Euſtachii iuxta templum Agrippæ.
Domnus Haymericus S. Mariæ nouæ, S. R. E. Cancellar.
Gregorius SS. Sergii, & Bacchi.
Angelus S. Mariæ in Domnica.
Matthæus Diac. Card. S. Hadriani.
Ioannes Dauferii S. Nicolai in carcere Tulliano.
. . . Diac. Card. S. Agathæ ad equos marmoreos.

*Prima creatio Cardinalium.*

Anno Domini MCXXV. Pontificatus 2. menſe Decembri Romæ Papa Honorius II. primo creauit Cardinales; qui fuerunt

Matthæus Epiſcopus Cardinalis Albanus.
Ioannes Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.
Comes Preſbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.
Gregorius Presbyt. Card. tt. S. Balbinæ.
Vbertus tt. S. Clementis, poſt creatus Archiepiſcopus Piſanus.
Matthæus Presbyt. Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.
Sigizzo iunior Presbyt. Cardinalis tt. S. Xyſti.
Domnus Gerardus Caccianimicus Bononienſis canonicus regularis monaſterii S. Crucis in Hieruſalem Romæ, congregationis S. Fridiani.
Lucenſis Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Petrus SS. Sylueſtri, & Martini. tt. Equitii.
Vldaricus Presbyt. Card. SS. Ioannis, & Pauli. tt. Pammachii.
Stephanus Diaconus Card. S. Luciæ in Orphea.
Ruſticus S. Georgii in Velabro, Archipresbyter S. Petri.
Hugo Diaconus Card. S. Theodori.
. . . Diaconus Cardinalis. S. . .
. . . Diaconus Cardinalis. S. . .
. . . Diaconus Cardinalis. S. . .



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Secunda creatio Cardinalium.*

Anno Domini MCXXVI. Pontificatus 3. menſe De-cembri, Romæ Papa Honorius II. iterum creauit Cardi-nales, qui fuerunt,

Domnus Conradus de Subura Romanus, canonicus re-gularis, & Abbas S. Rufi Valentinæ diœceſis in Gallia, Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Petrus Presbyter Cardinalis tt. S. Anaſtaſiæ.

Domnus Anſelmus, canonicus regularis monaſterii S. Pe-tri in Cœlo aureo Papienſis, Presbyter Card. tt. S Lau-rentii in Lucina.

Iozelinus Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ.

Lictifredus Presbyt. Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ.

. . . Presbyter Cardinalis tt. S. . . .

. . . Presbyter Cardinalis tt. S. . . .

Matthæus Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

*Tertia creatio Cardinalium.*

Anno Chriſti MCXXVIII. Pontificatus 5. menſe De-cembri Romæ, Papa Honorius II. tertio creauit Cardi-nales; qui fuerunt,

Henricus Presbyter Cardinalis tt. S. Priſcæ.

. . . Presbyter Cardinalis tt. S. . . .

Albertus Diaconus Card. S. Theodori.

Magiſter Guido de Caſtello Tiphernas Tuſcus, ex ſubdia-cono, & ſcriptore Apoſtolico, Diaconus Card. S. Ma-riæ in via lata.

Petrus Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

. . . Diaconus Cardinalis S. . . .

Honorius Papa II. ordinationibus tribus menſe De-cembri factis creauit Epiſcopos XXXV. in his Cardinales qui extant, tres Presbyteros Cardinales XVI. ex quibus XIII. memoria extat, & Diaconos XI. quorum ſeptem tan-tum nomina ſuperſunt. ſunt igitur Cardinales ab Honorio Papa II. creati, quorum nomina extant XXIII. ex XXXI.

*D. Haymericus Burgundus Diac. Card. S. Mariæ No-uæ, S.R.E. Cancellarius.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Schiſma XXIV. in Eccleſia Romana.*

INter Honorium II. & Cæleſtinum II. in quo Cæleſtinus ſponte abdicauit.

Anno Domini MCXXX. 14. Cal. Martii Romæ obiit Honorius Papa II. cadauer Laterani ſepultum, vacauit ſedes tantum diem I.

*Anacletus II. Antipapa XXIX.*

ANNO CHRISTI MCXXX.

ANacletus Papa II. Petrus antea vocatus, Petri Leonis viri per ea tēpora nobiliſſimi, & in vrbe potentiſſimi, à quo familia Petri Leonis Romæ manauit, filius. qui quū à Paſchale Papa II. Diaconus Card. SS. Coſmæ, & Damiani primo creatus fuiſſet, mox à Caliſto Papa II. Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtiberim, tt. Caliſti factus eſt. hic mortuo Papa Honorio II. in ſchiſmate contra Gregorium Diaconum Cardinalem S. Angeli, & S. R. E. Archidiaconum 13. cal. Martii anni MCXXX. à maiori parte Cardinalium, verum paulo poſt creationem Gregorii, eodem tamen die, Romanus Pontifex renunciatus, non lōge poſt conſecratus, & coronatus fuit. ſedit autem Imper. Cæſ. Lothario Saxone Auguſto Romæ in ſchiſmate contra Innocentium II. Papam, annos 7. m. 9. & d. aliquot.

*Cardinales XXVII. qui Papam Anacletum II. elegerunt.*

*Epiſcopi Cardinales II.*

*Paſchalis Papa II.*

Petrus Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, Prior Epiſcoporum.

*Caliſtus Papa II.*

Egidius Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

*Presbyteri Cardinales XVII.*

*Vrbanus Papa II.*

Bonifacius tt. S. Marci, S. R. E. Archipresbyter.

*Paſchalis Papa II.*

Deſiderius Presbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Saxo Anagninus tt. S. Stephani in Cœlio monte, S.R.E. Cancellarius.
Petrus Piſanus tt. S. Suſannæ.
Amicus tt. SS. Nerei, & Achillei.

*Paſchalis II. & Caliſtus II.*

Petrus Petri Leonis Romanus, S. Mariæ Tranſtiberim. Caliſti.

*Caliſtus Papa II.*

Petrus Burgundus tt. S. Marcelli.

*Paſchalis II. & Caliſtus II.*

Domnus Oderiſius de Sangro tt. S. Cyriaci in Thermis.

*Caliſtus Papa II.*

Gregorius Presbyt. Card. Baſilicæ SS. xii. Apoſtolorum.

*Paſchalis II. & Caliſtus II.*

Creſcentius tt. SS. Marcellini, & Petri.

*Honorius Papa II.*

Comes Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ.
Gregorius tt. S. Balbinæ.
Matthæus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.
Sigizzo Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti.
Vldaricus SS. Ioannis, & Pauli. tt. Pammachii.
Lictifredus S. Vitalis tt. Veſtinæ.
Henricus Presbyter Card. tt. S. Priſcæ.

*Diaconi Cardinales VIII.*

*Caliſtus Papa II.*

Stephanus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Ionathas SS. Coſmæ, & Damiani.
Gregorius S. Euſtachii iuxta templum Agrippæ.
Angelus S. Mariæ in Domnica.
Ioannes Salernitanus S. Nicolai in Carcere Tulliano.

*Hono-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Honorius Papa II.*

Stephanus S.Luciæ in Silice, alias in Orphea.
Ruſticus S.Georgii in Velabro.
Petrus Dia. Cardinalis S.Hadriani.

*Prima creatio Cardinalium.*

Anno Domini 1130. Pontificatus primo Sabbatho ſancto Anacletus Papa II. Romæ primo creauit Cardinales, inter quos hi fuerunt:

Jonathas junior ex Diacono Cardinale SS. Coſmæ, & Damiani, Presbyt. Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.
Joannes Presbyt Card S.Pudentianæ tt.Paſtoris.
Stephanus tt.SS.Laurentii, & Damaſi.
Petrus Presbyt. Card. tt. S. Euſebii.
Anſelmus Mediolanenſis Presbyter Card. tt. S. ...
Syluinus Diaconus Card S.Luciæ in Septiſolio.
Hermanus Diaconus Cardinalis S.Angeli.
Gregorius Diac. Cardinalis S.Mariæ in Aquiro.
Domnus Petrus Piſanus monachus Caſſinenſis, Diaconus Cardinalis S... an alios Cardinales creauerit incertũ eſt. ſunt autem hi, quorum extat memoria VIII. Presbyteri V. ſed vnus ex antiquis Diaconis, & Diaconi quatuor.
Saxo Anagninus Presbyt. Cardin. tt. S. Stephani in Cælio monte, S.R.E. Cancellarius, in locum Haymerici ab Anacleto Papa II. priuati, creatus.

Anno Chriſti 1138.... Cal. Decemb. Romæ obiit Papa Anacletus II. cadauer in Baſilica Lateranenſi ſepultum eſt.

Quo mortuo à Cardinalibus ſuæ factionis in ſchiſmate contra Papam Innocentium II. Romanus Pontifex creatus fuit.

VIctor Papa IV. Gregorius Romanus Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum antea appellatus; qui non longe poſt, ſuaſu S. Bernardi Clareuallenſis Abbatis, Pontificatu abdicauit, atque cum omnibus ſuæ partis Cardinalibus Innocentium II. Papam rerum Ro-

manum Pontificem cõfeſſus eſt, omneſque in numeru
Cardinalium ab eodem Pontifice recepti; ſicq;

*Schiſma XXV. in Romana Eccleſia,*

Quod inter Anacletum II. & Innocentium II. exortu
fuerat, anno octauo exacto ſublatum eſt.

## Innocentius II. Pontifex CLXV.

ANNO CHRISTI MCXXX.

INnocentius Papa II. Domnus Gregorius antea voca
Ioannis filius, familia de Papa, nobili, & inter Roma
honorata, de regione vrbis XIV. Tranſtiberim, ab ineu
ætate canonici ordinis inſtitutum in monaſterio Lat
nenſi profeſſus eſt, quem Vrbanus Papa II. Diacon
Cardinalem S. Angeli creauit. hic, quum eſſet S. R. E.
chidiaconus eodem die in ſchiſmate cum Anacleto P
II. videlicet 13. Cal. Martii anni 1130. Romanus Pont
à minori parte Cardinalium, paulo tamen ante Anacle
lectionem renunciatus eſt; ob quam poſtea cauſſam to
fere orbis Chriſtiani conſenſu eius confirmata eſt elec
Anacleto II. abrogato. conſecratus autem, & coron
eodem menſe fuit à ſuæ partis Epiſcopis Cardinalibus
dit vero Impp. Cæſaribus Lothario Saxone, & Conr
Sueuo Auguſtis, annos 13. menſ. 7. & dies 8.

*Cardinales XVII. qui Innocentium II. Papam elegerunt.*

*Epiſcopi Cardinales IV.*

*Caliſtus Papa II.*

Guillelmus Epiſcopus Card. Præneſtinus.

*Honorius Papa II.*

Matthæus Epiſcopus Cardinalis Albanus.
Ioannes Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.

Domnu

Domnus Cōradus Epiſcopus Card. Sabinus, Vicarius Papæ in vrbe.

*Presbyteri Cardinales VII.*

*Paſchalis Papa II.*

Ioannes Cremenſis tt. S. Chryſogoni.

*Honorius Papa II.*

Vbertus Presbyt. Card. tt. S. Clementis.
Domnus Gerardus tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Petrus SS. Syluestri, & Martini tt. Equitii.
Petrus tt. S. Anaſtaſiæ.
Domnus Anſelmus tt. S. Laurentii in Lucina.
Iozelinus tt. S. Cæciliæ.

*Diaconi Cardinales VI.*

*Urbanus Papa II.*

Domnus Gregorius S. Angeli, S. R. E. Archidiaconus.

*Paſchalis Papa II.*

Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

*Caliſtus Papa II.*

Domnus Haymericus S. Mariæ Nouæ, S. R. E. Cancellarius,
Gregorius Tarquinius SS. Sergii, & Bacchi.

*Honorius Papa II.*

Albertus Diac. Card. S. Theodori.
Magiſter Guido de Caſtello, S. Mariæ in via Lata.

Hi quatuor ab Anacleto Papa II. primis ſui Pontificatus menſibus ad Innocentium Papam II. defecere.

Deſiderius tt. S. Praxedis
Comes tt. S. Sabinæ. } Presbyt. Cardinales.
Lictifredus tt. S. Vitalis.
Stephanus Diac. Card. S. Luciæ in Orphea.

*Prima creatio Cardinalium.*

Anno Domini 113c, Pontificatus primo, menſe De-

cembri, in concilio generali apud Claromontem Aluer-
næ in Galliis congregato, Papa Innocétius II. primo cre-
uit Cardinales; inter quos hi fuerunt,

Magiſter Guido de Caſtello Tiphernas Tuſcus ex Diaco-
no Cardinali S. Mariæ in via Lata, Presbyt. Card. t.
S.Marci.

Magiſter Iuo Gallus Presbyter Cardinalis tt.S. . . .

Frater Balduinus Gallus monachus Ciſtertienſis, Presby-
ter Card.tt.S....poſt Archiepiſcopus Piſanus.

Lucas Presbyter Card. SS.Ioannis, & Pauli tt.Pammachii.

Martinus Presbyt.Card.tt.S.Stephani in monte Cælio.

Rodulphus Diaconus Card.S....poſt Epiſcopus Ortan.

Otho Diaconus Card.S.Georgii in Velabro.

GuidoMoricotus de Vico Piſanus SS.Coſmæ,&Damiani.

Guido Diaconus Cardinalis S.Hadriani.

Boëthius SS.Viti,& Modeſtæ in macello Martyrum.

Hubaldus Diac.Card.S.Mariæ in via Lata.

Vaſſ. . . Diaconus Card.S. Mariæ in Aquiro.

Chryſogonus Diaconus Card.S.Mariæ in porticu.

*Secunda creatio Cardinalium.*

Anno Domini 1134. Pontificatus 5. menſe Decembri Pi-
ſis Papa Innocentius II. iterum creauit Cardinales, qui fu-
erunt

Frater Drogo Laudunenſis Gallus, monachus, ex Abba-
te monaſterii S.Ioannis Laudunenſis, Epiſcopus Card.
Oſtienſis.

Theodeuuinus Germanus Epiſcopus Card.Portuenſis, &
S.Rufinæ.

Guido Presbyter Cardinalis tt.S. . . .

Robertus Presbyter Cardinalis tt.S. . . . poſt Cancellarius.

Ribaldus Diac.Card.S....poſt Mutinenſis Epiſcopus.

Guido Diac.Card.& altaris Lateranenſis miniſter.

*Tertia creatio Cardinalium.*

Anno Domini 1137. Pontificat. VIII. Romæ menſe
Decem-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decembri Papa Innocentius II. tertio creauit Cardinales; hi fuerunt

Guido Epiſcopus Cardinalis Tiburtinus.
Egidius Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.
Stantius Presbyter Card.tt.S.Sabinæ.
Griffo S.Pudentianæ,tt.Paſtoris.
Gregorius de Papa Romanus nepos ſuus,S.Angeli.
Gerardus Diaconus Card. S.Mariæ in Domnica.

*Quarta creatio Cardinalium.*

Anno Domini 1138. Pontificatus 9. menſe Decembri Laterani Innocentius Papa II. quarto creauit Cardinales, qui fuere

Albericus Beluacenſis Francus Gallus Epiſcopus Cardin. Oſtienſis.
Chryſogonus Presbyt. Card. tt.S.Praxedis.
Presbyter S.Pudentianæ tt.Paſtoris Presbyter Cardinalis.
Guido Bellagius Florentinus Tuſcus tt.S.Chryſogoni.
Gregorius S.Mariæ Tranſtiberim tt.Caliſti.
Rainerius Presbyter Card.tt.S.Priſcæ.
Goizo Presbyt.Card.tt.S.Cæciliæ.
Thomas S.R.E.Diaconus Cardinalis.

*Quinta creatio Cardinalium.*

Anno Chriſti 1140.Pontificatus XI. menſe Decembri, Romæ Innocentius Papa II.quinto creauit Cardinales;qui fuerunt

Frater Stephanus Cathalaunenſis Gallus monachus Ciſtertienſis,Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.
Domnus Rainaldus,ex comitibus Marſorum Campanus, monachus, & Abbas Caſſinenſis, tt. SS. Marcellini,& Petri.
Domnus Thomas Mediolanenſis,canonicus Regularis S. Mariæ de Creſcentiaco Mediolanen.diœceſis;S.Vitalis tt.Veſtinæ.
Petrus S.Pudentianæ tt.Paſtoris.
Guido S.R.E.Presbyter Cardinalis.

Octauianus nobilis Romanus Diac. Car. S. Nicolai in carcere Tulliano.
Guido altaris Lateranenſis miniſter, Diac. Cardinalis.
Petrus Diaconus Card. S. Mariæ in Aquiro.
Petrus Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu.

*Sexta creatio Cardinalium.*

Anno Domini 1142. Pontific. 13. menſe Decembri, Romæ Papa Innocentius II. ſexto creauit Cardinales; qui fuerunt

Ymarus Gallus Epiſcopus Card. Tuſculanus.
Petrus Epiſcopus Cardinalis Albanus.
Hubaldus Allucingolus Bonagiuntæ Morlæ filius Lucenſis Tuſcus, ex canonico eccleſiæ Lucēſis, Presbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Hubaldus SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
Nicolaus S.R.E. Diaconus Cardinalis.

*Cancellarii ſiue Bibliothecarii S.R.E.*

Domnus Haymericus Burgundus Gallus canonic. regularis, Diac. Card. S. Mariæ Nouæ, S.R.E. Cancellarius anno primo, ad XII.
Baro capellanus, & ſcriptor Apoſtolicus pro Cancellario Anno 12.
Domnus Gerardus Caccianimicus Bononienſis canonic. regul. Presbyt. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem, S.R.E. Bibliothecarius, ab anno Pontificatus 12. ad obitũ Cæleſtini Papæ II.

Anno Domini 1143. octauo Cal. Octobris Romæ Innocentius Papa II. cadauer Laterani ſepultum. nõ vacauit ſedes.

## Cæleſtinus II. Pontifex CLXVI.

ANNO CHRISTI MCXLIII.

CÆleſtinus Papa II. magiſter Guido de Caſtello vocatus, obſcuro loco, & parentibus incognitis,

Tiph-

Tiphernum Tuſciæ ortus ex ſubdiacono, & ſcriptore Apoſtolico Diaconus Cardinalis ab Honorio Papa II. primo, mox ab eius ſucceſſore Innocentio Presbyter Card. tt. S. Marci creatus eſt. quo mortuo, die eius obitus, videlicet VIII. Cal. Octob. Romę in eius locũ anno MCXLIII. omnium Cardinalium ſuffragiis Pontifex Maximus renunciatus, paulo poſt conſecrationis munus, & coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem Imp. Cæſare Cõrado III. Sueuo Auguſto, menſ. 5. & dies 13.

*Cardinales XXXI. viui quando Cæleſtinus II. Papa creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Honorius Papa II.*

D. Conradus de Subura, Epiſcopus Card. Sabinus, prior Epiſcoporum.

*Innocentius Papa II.*

Theodeuuinus Germanus Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Albericus Germanus Epiſcopus Card. Oſtienſis.

Frater Stephanus Gallus Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Ymarus Gallus Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Petrus Epiſcopus Cardinalis Albanus.

*Presbyteri Cardinales XV.*

*Honorius Papa II.*

D. Gerardus tt. S. Crucis in Hieruſalem, S. R. E. Archipreſbyter, & Cancellarius.

*Honorius II. & Innocent. II.*

Magiſter Guido de Caſtello, tt. S. Marci.

*Innocentius Papa II.*

* Frater Balduinus Archiepiſcopus Piſanus.

Robertus Presbyter Cardinalis tt. S. . . .

Guido Presbyt. Card. tt. S. Chryſogoni.

Gregorius S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Rainerius Presbyt. Card.tt. S. Priſcæ.
Goizo Presbyt. Card.tt.S. Cæciliæ.
* D. Rainaldus Abbas Caſſinẽſis tt. SS. Marcellini,&Pe
D. Thomas, S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
Petrus S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.
Guido, S.R.E. Presbyter Cardinalis.
Hubaldus Lucenſis tt. S. Praxedis.
Hubaldus SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
* Ribaldus Epiſcopus Mutinenſis.

*Diaconi Cardinales X.*

*Caliſtus Papa II.*

Gregorius SS. Sergii, & Bacchi, S.R.E. Archidiaconus

*Innocentius Papa II.*

Otho S. Georgii in Velabro.
Guido SS. Coſmæ, & Damiani.
Hubaldus S. Mariæ in via Lata.
Gerardus S. Mariæ in Domnica.
Octauianus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Guido Diac. Card. altaris Lateranenſis miniſter.
Petrus S. Mariæ in Aquiro.
Petrus S. Mariæ in Porticu.
Nicolaus, S.R.E. Diaconus Cardinalis.

*Prima creatio XIV. Cardinalium.*

INnocentius Papa III. D. Lotharius antea vocatus no ne Hernicus, patria Anagninus, ex nobiliſſimo ge comitum Signiæ ortus, patrem habuit nomine Tra mundum, qui ab ineunte ætate canonicus regularis L ranenſis factus, vir miræ euaſit probitatis. quumque iam vir ſuorum temporũ eruditiſſimus eſſet, à Cæle Papa III. Diaconus Cardinalis SS. Sergii, & Bacchi crea fuit. quo mortuo, die obitus eius videlicet 6. Idus Ianua anni 1198. omnium Cardinalium conſenſu, Romæ Pon fex Maximus renunciatus, die Cathedræ S. Petri, hoc e Cal. Martii conſecratus & coronatus fuit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede, Impp. Cæſaribus O thone IV. & Friderico II. Auguſtis annos 18. menſ dieſque 9.

*Cardinales XXVIII. viui quando Innocentius Papa III creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales IV.*

*Alexander Papa III.*

* Conradus Sueuus Germanus Archiepiſcopus Mogu tinus, & Saltzburgenſis, Epiſcopus Cardinalis Sabin prior Epiſcoporum.

*Lucius III. & Clem. III.*

* Adelardus Epiſcopus Veronenſis, & Cardinalis Tuſc lanus.

Oct

Octauianus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Vicarius vrbis.

*Clemens Papa III.*

Petrus Gallocia Romanus Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

*Presbyteri Cardinales XIII.*

*Lucius Papa III.*

* Guillelmus Archiepiſcopus Remorũ, tt. S. Sabinæ, S. R. E. Archipresbyter.

Pandulphus Presbyter Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorũ.

*Lucius III. & Clem. III.*

Petrus Placentinus tt. S. Cæciliæ.

*Clemens Papa III.*

Iordanus S. Pudentianæ; tt. Paſtoris.

Ioannes Epiſcopus Tuſcanen. & Viterbien. tt. S. Clemẽtis.

*Clem. III. & Cæleſt. III.*

Guido S. Mariæ Tranſt berim, tt. Caliſti.

*Cæleſtinus Papa III.*

Huguccio SS. Sylueſtri, & Martini, tt. Equitii.

Ioannes tt. S. Stephani in Cœlio monte.

* D. Reinaldus Abbas Caſlinenſis, tt. SS. Marcellini, & Petri.

Cencius tt. S. Laurentii in Lucina.

*Lucius III. & Cæleſt. III.*

Soffredus Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis.

*Clem. III. & Cæleſt. III.*

Domnus Bernardus S Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

*Cæleſtin. Papa III.*

Ioannes de ſancto Paulo tt. S. Priſcæ.

*Diaconi Cardinales XI.*

*Alexander Papa III.*

Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani, S. R. E. Archidiaconus.

*Lucius Papa III.*

Gerardus Lucenſis S. Hadriani.

*Clemens Papa III.*

Gregorius de S. Apoſtolo S. Mariæ in porticu.
Gregorius S. Mariæ in Aquiro.
Gregorius S. Georgii in Velabro.

*Cæleſtinus Papa III.*

D. Lotharius Comes S S. Sergii, & Bacchi.
Nicolaus Bobo S. Mariæ in Coſmedin.
Gregorius S. Angeli.
Bobo Diaconus Cardinalis S. Theodori.
Petrus Capuanus S. Mariæ in via lata.
D. Cencius Sabellus S. Luciæ in Orphea, S.R.E. Came-
rius.

*Prima creatio Cardinalium.*

Anno Domini 1198. Pontificatus primo, menſe Dece-
bri Romæ, Innocentius Papa III. creauit Cardinales,
fuerunt,

Hugolinus de comitibus Signiæ Anagninus, nepos, & Ca-
pellanus ſuus, Diaconus Card. S. Euſtachii.
Gerardus Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tullia-

*Secunda creatio Cardinalium*

Anno 1199. Pontific. II. in Pentecoſte, Romæ facta
Ioannes Epiſcopus Tuſcanenſis, & Viterbien. ex Pres-
tero factus eſt Epiſcopus Card. Albanus.
. . . Epiſcopus Card. Præneſtinus.
D. Cēcius Sabellus, ex Diacono factus eſt Presbyter Ca-
SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii.

*Tertia creatio Cardinalium.*

Anno Domini 1200. Pontific. III. menſe Decembri
mæ Papa Innocentius creauit Cardinales, in quibus
runt,

Gregor-

Gregorius ex Diacono S. Mariæ in Aquiro Presbyter Cardin. S. Vitalis; tt. Veſtinæ.

Petrus Capuanus ex Diacono S. Mariæ in via lata Presbyter Card. tt. S. Marcelli.

Benedictus Presbyter Cardinalis tt. S. Suſannæ.

Domnus Leo canonicus regularis congregationis S. Fridiani Lucenſis Diac. Cardinalis S. Luciæ in Septiſolio.

Matthæus Diac. Card. S. Theodori.

Ioannes de comitibus Signiæ Anagninus nepos ſuus S. Mariæ in Coſmedin.

*Alia creatione.*

Anno Chriſti 1201. Pontificatus 4. menſe Decembri, Romæ facta.

Domnus Leo canonicus regularis ex Diacono S. Luciæ in Septiſolio, factus eſt, Presbyt. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

*Alia creatio Cardinalium.*

Anno Domini 1205. Pontific. 8. menſe Martio, Romæ Papa Innocentius III. creauit Cardinales; in quibus hi fuerunt,

Ioannes de S. Paulo ex Presbytero Epiſcopus Cardin. Sabinus.

Nicolaus Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Rogerius Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Guido Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Magiſter Ioannes ex Subdiacono, & Notario S. R. E. S. Mariæ in via lata.

Petrus de Mora Beneuentanus Diac. Card. S. Angeli.

Domnus Iacobus, Gualla de Bicheriis Vercellenſis Lombardus canonicus regularis S. Petri in cœlo aureo Papię V. I. D. S. Mariæ in Porticu.

*Alia creatio Cardinalium.*

Anno Dom. 1206. Pontificatus 9. menſe Decemb. Romæ Innocentius Papa III. creauit Cardinales, in quibus fuerunt hi

Guido ex Presb. Card. tt. Caliſti, Epiſc. Card. Præneſtinus.

Petrus Saſſo Anagninus S.Pudentianæ,tt.Paſtoris.
. . . Presbyt.Card.tt.S. . . .
Octauianus ss Sergii,& Bacchi Diac.Card.
Gregorius de Creſcentio Romanus S.Theodori.
Ioannes Diac Card ss.Coſmæ,& Damiani.
Pelagius S Luciæ in Septiſolio,Diaconus Card.

*Alia creatione*

Anno Chriſti 1207.Pontificatus x.Romæ facta.
Hugolinus Comes,ex Diacono factus eſt Epiſcopus Car. Oſtienſis,& Veliternus.

*Alia creatio Cardinalium.*

Anno Domini 1211 Pontificatus xiv, Romæ Papa In nocentius III creauit Cardinales, in quibus hi fuerunt
Benedictus ex Presbytero tt.S.Suſannæ,Epiſcopus Ca Portuenſis,& S.Rufinæ.
Pelagius ex Diac.S Luciæ in Septiſolio,Epiſcopus Card. Albanus.
Domnus Iacobus Gualla,ex Diac.Presbyter Card.ss.Sy ueſtri,& Martini,tt.Equitii.
Ioannes Presbyter Card.tt.S Praxedis.
Robertus Presbyter Card.tt.S.Stephani in Cœlio mon
Stephanus de Foſſa noua Diaconus Card.S.Angeli.
. . . Diac.Card.S. . . .

*Alia creatio Cardinalium.*

Anno Domini 1213.Pontificatus 16.menſe Decemb Romæ Papa Innocẽtius III.creauit Cardinales, in qui bus hi fuerunt
Stephanus de Foſſa noua, ex Diacono Presbyter Card Baſilicæ Apoſtolorum.
Stephanus Anglus Archiepiſcopus Cantuarienſis, Pre byter Card.tt.S. . . .
Gregorius Presbyter Cardin.tt.S.Anaſtaſiæ.
Petrus Presbyter Card.tt.ss.Laurentii,& Damaſi.
Rainerius Capoceius Viterbienſis Diac.Card. S.Mariæ Coſmedin.

Roman

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Romanus Diaconus Card. S. Angeli.
Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.
Bertramus Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Innocentius Papa III. multis ordinationibus menſe Decembri, & aliis menſibus factis, quamplures creauit Cardinales. ex quibus 27. tantum memoria extat, videlicet Epiſcoporum VII. ex quibus tres facti ex antiquis Cardinalibus; Presbyterorum XIII. ſed trium ex antiquis Diaconis, & Diaconorum XIII.

M. Rainaldus Papæ Notarius, poſt Archiepiſcopus Achernutinus, Cancellarii vicem agens, annis Pontificatus primo, & ſecundo.
M. Blaſius, S. R. E. ſubdiaconus, & Notarius, poſt Epiſcopus Turritanus, pro Cancellario ab anno tertio, ad finem Quinti.
M. Ioannes, S. R. E. ſubdiaconus, & Notarius, & paulo poſt Diac. Card. S. Mariæ in via lata, pro Cancellario ab anno 6. ad finem Octaui.
Ioannes comes Anagninus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, S.R.E. Cancellarius, ab anno 9. ad finem 16.
M. Raynaldus Acoluthus, & Capellanus Papæ pro Cancellario S.R.E. ab anni 16. fine ad 18. partem.
M. Thomas, S. R. E. ſubdiaconus, & Notarius electus Neapolitanus pro Cancellario ab anno 18. ad finem Pontificatus.

Anno Domini MCXVI. 17. cal. Auguſti obiit Papa Innocentius III. Peruſii: cadauer eius ibidem in eccleſia cathedrali S. Laurentii ſepultum fuit. Vacauit ſedes Romana tantum diem 1.

## Honorius III. Pontifex CLXXVIII.

ANNO CHRISTI MCCXVI.

HOnorius Papa III. Domnus Cencius antea appellatus Haymerici filius, Romæ ex nobili Sabellorum familia ortus, à teneris annis monaſterio Lateranenſi oblatus, in eo canonicorum regularium inſtitutum profeſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſus eſt. à Cæleſtino autem Papa III. cuius dum eſſet Cardinalis œconomus fuerat, Diaconus Cardinalis S. Luciæ in Orphea, & S.R.E. Camerarius, ab Innocentio vero Papa III. Preſbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii creatus fuit. quo mortuo Peruſii, altero poſt eius obitum die videlicet 15. cal. Auguſti anni MCCXVI. Pontifex Maximus renunciatus, ibidem non longe poſt conſecratus & coronatus eſt.

Sedit autem Imp. Cæſ. Friderico II. Auguſto annos... menſes 8.

*Cardinales XXI. vivi quando Honorius Papa III. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales IV.*

*Innocentius Papa III.*

Nicolaus Epiſcopus Card. Tuſculanus, prior Epiſcop...

*Clem. III. Cæleſt. III. & Innoc. III.*

Guido Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.

*Innocentius Papa III.*

Hugolinus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Pelagius Epiſcopus Cardinalis Albanus.

*Presbyteri Cardinales XI.*

*Cæleſtinus Papa III.*

Cencius tt. S.Laurentii in Lucina, S.R.E. Archipresb...

*Cæleſtin. III. & Innocent. III.*

Cencius Sabellus SS.Ioan. & Pauli, tt. Pammachii, S.R.E. Camerarius.

*Innocentius Papa III.*

Domnus Leo tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Petrus Saſſo S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

Dom. Iacobus Gualla SS. Sylueſtri, & Martini tt. Equ...

Ioannes Preſbyt. Card. tt. S. Praxedis.

Robertus tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Stephanus de Foſſa noua, Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum

Stephanus Anglus Archiepiſcopus Cantuarien. tt. S...

Greg...

Gregorius tt. S. Anaſtaſiæ.
Petrus tt. SS. Laurentii, & Damaſi.

*Diaconi Cardinales VI.*

*Innocentius Papa III.*

Guido S. Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Archidiac.
Octauianus SS. Sergii, & Bacchi.
Gregorius de Creſcentio S. Theodori.
Ioannes SS. Coſmæ, & Damiani.
Rainerius Capoccius S. Mariæ in Coſmedin.
Romanus Diac. Card. S. Angeli.

*Prima creatio Cardinalium.*

Anno Domini MCCXVI. Pontificatus primo, menſe Decembri, Romæ Papa Honorius III. creauit Cardinales, in quibus fuerunt hi

Bertrandus Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.
Petrus Epiſcopus Cardinalis Sabinus.
Bartholomeus Sabellus nepos ſuus Romanus Preſbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii.
Magiſter Thomas de Capua Campanus Preſbyter Card. tt. SS. Sabinæ.
Ioannes de Columna Romanus Preſbyter Cardin. tt. S. Praxedis.
. . . Preſbyter Cardinalis tt. S. . . .
Stephanus Diac. Card. S. Hadriani.
Egidius Hiſpanus SS. Coſmæ, & Damiani.
Petrus S. Georgii in Velabro.
Nicolaus Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

*Secunda creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini MCCXIX. Pontificat. 3. Romæ Papa Honorius 3. item creauit Cardinalem vnum; is fuit

Frater Conradus Eginonis de Vrach. Suitonum Dynaſtæ filius, monachus, & Abbas ordinis Ciſtertienſis, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

*Tertia creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini MCCXIX. Pontific. 4. Romæ menſe No-

uembri, Papa Honorius III. creauit Cardinalem vnum; is fuit

Magiſter Petrus de Capua Campanus, Presbyter Cardin. tt. S. . . .

*Quarta creatio Cardinalium.*

Anno Domini MCCXX. Pontific. 5. menſe Decembr. Romæ Papa Honorius III. creauit Cardinales, in quibus hi fuerunt,

Guido ex Diacono S. Nicolai in carcere Epiſcopus Card. Prænestinus.

Oliuerius Saxo Germanus, ex Epiſcopo Paderburnenſi Epiſcopus Card. Sabinus.

Bartholomæus Presbyt. Card. S. Pudentianæ tt. Paſtor.

Papa Honorius III. quatuor ordinationibus, menſe Decembri, & aliis factis 13. creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos v. ſed vnum ex antiquo Diacono, Presbyteros, & Diaconos IV.

*Vicecancellarii S. R. E. ſub Papa Honorio III.*

Domnus Rainerius de caſtro veteri Tudertinæ diœceſis Vmbrus, canonicus regularis, & Prior S. Fridiani Lucenſis diœceſis, S.R.E. Vicecancellarius.

Hic eſt primus, qui commodiore vocabulo pro Cancellarii vicem agente Vicecancellarius appellatus eſt, qui anno 4. Pontificatus, menſe Nouembri in Patriarcham Antiochenum conſecratus eſt.

Hic non omittendum, quod antequam hic Patriarcha electus eſſet, dicebatur Vicecancellarius, quod iam erat ipſius officii nomen: Patriarcha vero creatus, per aliquot quoque dies eo munere functus eſt, & quum ob Patriarchatus dignitatem amplius non eſſet Vicecancellarius, Cancellarii vicem agens ſe vocabat.

Magiſter Guillelmus, S.R.E. vicecancellarius, ab anno Pontificatus 4. ad ſeptimi partem.

M. Guido Capellanus, & Notarius Papæ, pro Cancellario, ſiue Vicecancellario fuit ab anno 7. ad finē Pontificatus.

Anno

Anno Domini MCCXXVII. 15. cal. Aprilis Romæ obiit Papa Honorius III. cadauer in eccleſia S. Mariæ maioris prope Aram præſepis ſepultum eſt. Vacauit ſedes Romana diem vnum.

## Gregorius IX. Pontifex CLXXIX.

ANNO CHRISTI MCCXXVII.

GRegorius Papa IX. Hugolinus antea vocatus, natione Hernicus, patria Anagninus, ſummo loco de Comitum genere ortus, nepos fuit ex conſobrino Innocentii Papæ III. à quo primo ſubdiaconus, & Capellanus ſuus, mox Diaconus Cardinalis S. Euſtachii, demum Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus creatus eſt. mortuo autem Romæ Honorio Papa III. in eius locum omnium Cardinalium ſuffragiis altero poſt eius obitum die videlicet 13. cal. Aprilis anni MCCXXVII. Romanus Pontifex renunciatus 5. cal. Aprilis die Paſchatis apud S. Petrum ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Friderico II. Auguſto annos 14. menſes 4. & dies 3.

*Cardinales XVIII. viui quando Gregorius Papa IX. factus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Innocentius Papa III.*

Nicolaus Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, Prior Epiſcoporum.

Hugolinus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Pelagius Epiſcopus Cardinalis Albanus.

*Honorius Papa III.*

Frater Conradus Epiſcop. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

*Innocent. III. & Honor. III.*

Guido Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.

*Honorius Papa III.*

Oliuerius Saxo Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Presbyteri Cardinales VI.*

*Innocentius Papa III.*

* D. Iacobus Gualla SS. Syluestri, & Martini, tt. Equi[tii]
S.R.E. Archipreſbyter.
Stephanus de Foſſanoua, Baſilicæ SS. XII Apoſtolorum
* Stephanus Anglus Archiepiſcopus Cantuarienſis, [...]
S. . . .

*Honorius Papa III.*

Thomas de Capua tt. S. Sabinæ.
Ioannes de Columna, tt. S. Praxedis.
Bartholomæus S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.

*Diaconi Cardinales VI.*

*Innocentius Papa III.*

Octauianus SS. Sergii, & Bacchi, S.R.E. Archidiaco[nus]
Rainerius Capoccius S. Mariæ in Coſmedin.
Romanus Diac. Card. S. Angeli.

*Honorius Papa III.*

Stephanus Diac. Card. S. Hadriani.
Egidius Hiſpanus SS. Coſmæ, & Damiani.
Petrus Diaconus Card. S. Georgii in Velabro.

*Prima creatio Cardinalium.*

Anno Domini MCCXXVII. Pontificatus primo [...] temporibus menſis Septembris, Romæ Papa Grego[rius] ex primo quinque creauit Cardinales, qui fuerunt,

Frater Ioannes de Abbatis villa, monachus Cluniacen[ſis] Abbas S. Petri de Abbatis villa, Gallus, ex Archiepiſco[-]po Biſuntino Epiſcopus Card. Sabinus.
Gaufridus de Caſtilione Mediolanenſis, ex Cancella[rio] eccleſiæ Mediolanen. Preſbyter Card. tt. S. Marci.
Magiſter Sinibaldus de Fliſco ex Lauaniæ comitibus [...]nuenſis Ligur, ex S.R.E. Vicecancellario Preſby[ter] Card. tt. S. Laurentii in Lucina.
Rainaldus ex comitibus Signiæ Anagninus nepos, & [...] diaconus Papæ, Diaconus Card. S. Euſtachii.
Otho Candidus alias Blancus de Alerano, ex Marchi[...]

bus Montis Ferrati, Caſalenſis, Lombardus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

*Secunda creatio Cardinalium.*

Anno Domini MCCXXX. Pontific. 4. Romæ men. Decembri Gregorius Papa IX. iterum creauit Cardinales, qui fuerunt,

Magiſter Domnus Iacobus de Vitriaco de villa Argentolio, diœceſis Pariſienſis Francus Gallus, qui primo fuerat Preſbyter parœcialis, poſt canonicus regularis monaſterii S. Mariæ de Oegines in Galliis, ex Epiſcopo Achonenſi tranſmare Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Stephanus Preſbyter Cardinalis S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti, Archipreſbyter S. Petri.

Nicolaus Preſbyter Cardinalis tt. S. Marcelli.

*Tertia creatio Cardinalium.*

Anno Domini MCCXXXIV. Pontific. 8. menſe Decembri, Romæ Papa Gregorius creauit Cardinales: in his fuerunt hi,

Romanus ex Diacono S. Angeli, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Rainaldus ex Diacono S. Euſtachii Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Frater Iacobus Gallus monachus Ciſtertienſis, Abbas SS. Vicentii, & Anaſtaſii ad aquas Salinas extra vrbem Epiſcopus Card. Præneſtinus.

R. . . . Diaconus Card. S. Euſtachii.

*Quarta creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini MCCXL. Pontific. 14. Romæ Papa Gregorius IX. creauit Cardinalem vnum, is fuit

Gaufridus ex Preſbytero tt. S. Marci Epiſcop. Card. Sabin.

Ricardus Hannibaldenſis Romanus Diac. Card. S. Angeli.

Papa Gregorius IX. quatuor ordinationibus menſibus Septembri, & Decembri factis vndecim creauit, quod ſciamus, Cardinales Epiſcopos VI. ex his vnum ex antiquo Diacono, Preſbyteros tres, & Diaconos III.

*Vicecancellarii S. R. E. ſub Gregorio Papa IX.*

Magiſter Sinibaldus de Fliſco Genuenſis, auditor litte-rum contradictarum ab initio Pontificatus ad pri-mum Septembrem, in quo creatus eſt Cardinalis.

Magiſter Martinus Archidiaconus Senenſis, ab anno pri-mo ad 5.

Magiſter Bartholomæus ab initio anni ſexti ad finem 8.

Magiſter Guillelmus Notarius Papæ, ab anno nono ad fi-nem 11.

Frater Rainerius ordinis Prædicatorum, ab anno 12. ad... poſt factus Epiſcopus Magalonenſis.

Anno Domini MCCXLI. XI. cal. Auguſti Romæ obiit... Gregorius 9. cadauer ſepultum eſt in Baſilica S. ... Vacauit, eo mortuo, Romana ſedes menſes du... diem vnum.

## Cæleſtinus IV. Pontifex CLXXX.

ANNO CHRISTI MCCXLI.

CÆleſtinus Papa IV. Gaufridus antea vocatus, Me-diolani ex nobiliſſimo genere de Capitaneis Ca-lioneis ortus, diu canonicus, & Cancellarius eccleſiæ Me-diolanenſis fuit: quem Gregorius Papa IX. primo Pre-ſbyterum Cardinalem tt. S. Marci, deinde Epiſcop... Cardinalem Sabinum creauit. quo mortuo, iam ſen... valetudinarius Romæ in eius locũ 9. cal. Octobris, A... MCCXLI. à Cardinalibus Romanus Pontifex renuntia... ante coronationem decimo ſeptimo ab electione di... dem deceſſit. ſedit igitur Imp. Friderico II. Aug. dies...

*Cardinales XIII. viui quando Cæleſtinus Papa IV. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales IV.*

*Innoc. III. & Gregor. IX.*

Romanus Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ,... Epiſcoporum.

Gr...

*Gregorius Papa IX.*

Rainaldus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.
* Frater Iacobus Epiſcopus Card. Præneſtinus.
Gaufridus Epiſcopus Card. Sabinus.

*Preſbyteri Cardinales IV.*

*Honorius Papa III.*

Thomas de Capua, tt. S. Sabinæ, S.R.E. Archipreſbyter.
Ioannes de Columna tt. S. Praxedis.

*Gregorius Papa IX.*

Sinibaldus de Fliſco, tt. S. Laurentii in Lucina.
Stephanus S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

*Diaconi Cardinales V.*

*Innocentius Papa III.*

Rainerius Capoceius S. Mariæ in Coſmedin, S.R.E. Archidiaconus.

*Honorius Papa III.*

Egidius Hiſpanus SS. Coſmæ, & Damiani.
Petrus Diac. Card. SS. Georgii in Velabro.

*Gregorius Papa IX.*

* Otho Blancus de Alerano S. Nicolai in carcere Tulliano.
Ricardus Hannibaldenſis S. Angeli.

Anno Domini 1141. 7. Idus Octobris Romæ obiit Cæleſtinus Papa IV. cadauer in Baſilica Sancti Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes Romana annum vnum, menſes octo, & dies quatuordecim.

# LECTORI S.

*SVb Innocentio Papa IV. à[...] primum pilei rubri inſign[...] Cardinales honeſtati ſunt, &[...] inceps, præter ea, quæ ſuperi[...] buimus omnium ferè Card[...] lium obitus diem, annum, &[...] cum habebimus: inſuper qu[...] vnusquisque eorum ſepultus fuerit cognoſcemus. [...] cauſſa fecit, vt hanc à ſuperiore partẽ diſtinxerim; q[...] mihi à principio propoſuerim hanc ſeriem ſecundum [...] iorem minoremue rerum claritatem, vel obſcurita[...] ita in partes ſecandam eſſe Complectitur autem hæ[...] annorum 63. interuallum, videlicet vſque ad Clem[...] tem V. qui trans Alpes in Gallias Romanam curiam [...] uexit.*

## Innocentius IV. Pont. CLXXXI.

ANNO CHRISTI MCCXLIII.

INnocentius Papa IV. Sinibaldus a[...] vocatus, natione Ligur, patria Gen[...] ſis patre Obizzone ex nobili fa[...] Fliſca, & Lauaniæ comitibus ortus [...] hic primo Canonicus fuerat Eccleſiæ C[...] thedralis Parmenſis, poſtea à Gregorio Papa IX. qu[...] eſſet vtriuſq; iuris conſultiſſimus, Auditor literarum c[...] tradictarum, & S.R.E. Vicecancellarius, demum Presb[...] ter Cardinalis tt S. Laurentii in Lucina creatus eſt. m[...] tuo autem Cæleſtino Papa IV. poſt longam ſedis va[...] tione[...]

tionem, Anagniæ omnium Cardinalium, qui illuc conue-nerant, ſuffragiis 8. Calend. Iulii anni Chriſti 1243. Pontifex Maximus renunciatus, ibidem 3. Cal. Iulii conſecratus, & coronatus eſt.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſaribus Friderico II. & Conrado eius filio Auguſtis, annos 11. menſes 5. dieſq; 14.

*Cardinales X. viui quando creatus eſt Innocentius Papa IV.*

*Epiſcopi Cardinales II.*

*Gregorius Papa IX.*

Rainaldus de Comitib. Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Prior.

Frater Iacobus Epiſcopus Card. Præneſtinus.

*Preſbyteri Cardinales IV.*

*Honorius Papa III.*

Thomas de Capua tt. S. Sabinæ, S.R.E. Archipreſbyter.

Ioannes de Columna tt. S. Praxedis.

*Gregorius Papa IX.*

Sinibaldus de Fliſco tt. S. Laurentii in Lucina.

Stephanus S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

*Diaconi Cardinales IV.*

*Innocentius Papa III.*

Rainerius S. Mariæ in Coſmedin, S.R.E. Archidiaconus.

*Honorius Papa III.*

Egidius Hiſpanus SS. Coſmæ, & Damiani.

*Gregorius Papa IX.*

Otho de Alerano S. Nicolai in carcere Tulliano.

Ricardus Hannibaldenſis S. Angeli.

*Prima creatio XII. Cardinalium.*

Anno Domini 1244. Pontificatus ſecundo, Papa Innocentius IV. Lugduni in Concilio Generali, in quatuor temporibus Aduentus Domini fecit primam XII. Cardinalium ordinationem; qui fuerunt

Otho Candidus aliàs Blancus de Alerano ex Marchioni-
bus Montis Ferrati Caſalenſis Allobrox, ex Diacono
Cardinale S. Nicolai in carcere Tulliano, Epiſcop. Car-
dinalis Portuenſis, & S. Rufinæ.

Petrus de Colle medio Gallus, ex Archiepiſcopo Rotho-
magenſi Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Guillelmus Allobrox, ex Epiſcopo Mutinenſi Epiſc. Car.
Sabinus.

Otho de Caſtro Rodulphi, Bituricenſis diœceſis Gallus, ex
Cancellario Pariſienſi Epiſc. Card. Tuſculanus.

Petrus Preſbyter Card. tt. S. Marcelli.

Frater Guillelmus Monachus & Abbas S. Facundi, Gal.
Preſbyt. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Frater Ioannes Monachus Ciſtertienſis, tt. S. Laurentii in
Lucina.

Frater Hugo de S. Caro Viennenſis diœceſis, Burgun.
Gallus, Ordinis Prædicatorum, Theologus, ex pri.
Prouinciali Franciæ, tt. S. Sabinæ.

Gotifredus Caſtilioneus Mediolanenſis, Diac. Card.
S. Hadriani.

Octauianus Vbaldinus Florentinus, S. Mariæ in via lata.

Petrus Capoceius Romanus Diac. Card. S. Georgii ad ve-
labro.

Ioannes Caietanus Vrſinus Romanus S. Nicolai in carce-
re Tulliano.

Guillelmus de Fliſco ex comitibus Lauanię Genuenſis, Pa-
pæ nepos, Diaconus Cardinalis S. Euſtachii.

*Secunda creatio duorum Cardinalium.*

Anno Domini 1252. Pontificatus 9. in quatuor tem-
poribus aduentus Domini, Peruſii, Papa Innocentius
iterum creauit Cardinales, qui fuerunt

Petrus ex Preſbytero Card. tt. S. Marcelli, Epiſcopus Car.
Sabinus.

Iacobus Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Othobonus de Fliſco ex comitibus Lauaniæ, Genuen.

Papæ nepos, Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

*Tertia creatio trium Cardinalium.*

Anno Domini 1253. Pontificatus 10. menſe Decembri Perusii, Papa Innocentius IV. tertio creauit Cardinales. hi fuere

Stephanus Hungarus ex Archiepiſcopo Strigonienſi Epiſc. Card. Prænestinus.
Ioannes Epiſcopus Cardinalis Sabinus.
Iacobus Sabellus Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.

Papa Innocentius IV. tribus ordinationib. menſe Decembri factis, XVII. Cardinales nouos creauit, Epiſcopos videlicet VIII. ex his vnus ex antiquis Diaconis, Preſbyteros III. & Diaconos VII.

*Vicecancellarii S.R.E. ſub Papa Innocentio IV.*

Frater Iacobus Boncambius Bononienſis Ordinis Prædicatorum, anno Pontificatus primo, & poſtea factus eſt Epiſcopus Bononienſis.
Magiſter Marinus Gallus Cantor, & Theſaurarius Sareſbyrienſis, Scholarum magiſter, ab anno ſecundo Pontificatus ad octauum.
Magiſter Guillelmus de Gathadego Parmenſis Scholarum magiſter ab initio anni noni ad finem Pontificatus.

*Cardinales XII. mortui ſub Papa Innocentio IV.*

Thomas de Capua Preſbyt. Card. tt. S. Sabinæ, obiit Anagniæ anno 1243. Pontificatus primo, ibidem ſepultus.
Frater Iacobus Ordinis Ciſtertienſis Monachus Epiſcopus Card. Prænestinus, obiit Lugduni anno 1245. Pontificatus ſecundo, ibidem ſepultus.
Ioannes de Columna Romanus Prebyter Card. tt. S. Praxedis obiit circa annum Chriſti 1245.
Gotefridus Caſtilioneus Mediolanenſis, Diaconus Card.

S. Hadriani obiit Lugduni anno 1246. Pontific. 3. ibidem ſepultus.

Frater Guillelmus Monachus Abbas S. Facundi Preſbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum, obiit Lugduni anno 12[illegible] Pontific. 7. ibidem ſepultus.

Otho de Alerano ex Marchionibus Montis Ferrati Ca[illegible]lenſis, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit Lugduni anno 1251. ſepultus ad prædicatores.

Guillelmus Pedemontanus Epiſcop. Card. Sabinus, obiit Lugduni anno 1251. Pontificatus 8. ſepultus ibidem [illegible] Prædicatorum Eccleſiam.

Petrus Epiſc. Card. Sabinus, obiit Peruſii anno 1252. Pontific. 9. ibidem ſepultus.

Rainerius Capoceſus Viterbienſis, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, & S. R. E. Archidiaconus, obiit Viterbii anno 1252. Pontif. 10. ſepultus ibidem in Eccleſia S. Ma[illegible]ni in montibus extra Viterbium, à ſe conſtructa, ord. Prædicatorum.

Egidius Hiſpanus Diaconus Cardinalis SS. Coſmæ, & Damiani, obiit anno 1253. Pontific. 10.

Petrus de Colle medio Gallus, Epiſc. Card. Albanus, obiit anno 1253. Pontific. 11.

Iacobus Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit anno Domini 1254. Pontific. 12.

*Obitus Papæ Innocentii IV.*

Anno Domini 1254. 7. Idus Decembris, obiit Neapoli Papa Innocentius IV. cadauer eius ibidem in Cathedrali Eccleſia ſepultum. Vacauit autem eo mortuo Romana [illegible] des dies 15.

Stephanus Preſbyter Cardinalis, S. Mariæ Transtyberim tt. Caliſti, obiit Neapoli altero die poſt mortem Innocentii Papæ IV. videlicet 6. Idus Decembris, anno 1254. cadauer ibidem in Eccleſia Cathedrali ſepultum.

Alex-

## Alexander IV. Pont. CLXXXII.

ANNO CHRISTI MCCLIV.

ALexander Papa IV. Rainaldus antea appellatus, natione Hernicus, Patria Anagninus, Philippi filius, ex nobili Comitum Signiæ familia ortus, Gregorii Papæ IX. nepos fuit; à quo Diaconus Cardinalis primò S. Euſtachii, mox Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus creatus eſt. mortuo verò Papa Innocentio IV. Neapoli, quum eſſet Cardinalium Epiſcoporum prior, 12. Calend. Ianuarii anni Domini 1254, in eius locum Pontifex Maximus renunciatus, die Natalis Domini conſecratus, & coronatus eſt.

Sedit autem in Apoſtolica ſede, in interregno poſt mortem Imperatoris Friderici II. annos 6. menſes 5. & dies totidem.

*Cardinales XIII. vivi, quando creatus eſt Papa Alexander IV.*

*Epiſcopi Cardinales IV.*

*Gregorius Papa IX.*

Rainaldus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Prior Epiſcoporum.

*Innocentius Papa IV.*

Otho Epiſcop. Card. Tuſculanus.

Stephanus Epiſcop. Card. Præneſtinus.

Ioannes Epiſcop. Card. Sabinus.

*Preſbyteri Cardinales II.*

*Innocentius Papa IV.*

Frater Ioannes tt. S. Laurentii in Lucina, S.R.E. Archipreſbyter.

Frater Hugo Preſbyter Card. tt. S. Sabinæ.

*Diaconi Cardinales VII.*

*Gregorius Papa IX.*

Ricardus S. Angeli, S.R.E. Archidiaconus.

*Innocentius Papa IV.*

Octauianus Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

Petrus S. Georgii in Velabro.

Ioannes Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Guillelmus de Fliſco S. Euſtachii.
Othobonus de Fliſco S. Hadriani.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Coſmedin.

*Papa Alexander IV. non creauit Cardinales.*

*Vicecancellarii S. R. E. ſub Papa Alexandro IV.*

M. Guillelmus de Gathadego Parmenſis, Scholarum ma-
giſter annis Pontificatus primo, & ſecundo.
Magiſter Iordanus Terracinenſis, S.R.E. Notarius, & Sub-
diaconus, pro Vicecancellario, in fine anni ſecundi.
Magiſter Rollandus, S.R. E. Vicecancellarius, in fine a-
ſecundi, & parte tertii.
Magiſter Iordanus Terracinenſis, iterum pro Vicecan-
lario in fine anni tertii, &
Vicecancellarius ab initio quarti ad finem Pon-
catus.

*Cardinales tres mortui ſub Alexandro Papa IV.*

Ioannes Epiſcopus Cardinalis Sabinus obiit primis an-
Pontificatus.
Guillelmus de Fliſco Genuenſis nepos Papæ Innocen-
IV. Diaconus Card. S. Euſtachii, obiit Romæ an. Chri-
ſti 1256. Pontificatus ſecundo. cadauer ad S. Laurent-
extra muros vrbis ſepultum eſt.
Petrus Capoceius Romanus, Diaconus Card. S. Geor-
in Velabro, & Archipreſbyter S. Mariæ maioris, ob-
Romæ 13. Calen. Iunii, anno Chriſti 1259. Pontifica-
quinto. cadauer eius in Baſilica S. Mariæ maioris ſep-
tum eſt.

*Obitus Papæ Alexandri IV.*

Anno Domini 1261. Viterbii 8. Calen. Iunii obiit Pa-
Alexander IV. cadauer ibidem in Eccleſia Cathedrali
Laurentii ſepultum eſt, Vacauit eo mortuo ſedes men-
3. & dies 4.

## Vrbanus IV. Pont. CLXXXIII.

ANNO CHRISTI MCCLXI.

VRbanus Papa IV. Iacobus antea vocatus, natione Gallus, patria Trecenſis, quæ Campaniæ vrbs eſt, humili ac ſordido loco natus, eius enim patrem ſutorem veteramentarium fuiſſe ſcribunt, ex Patriarcha Hieroſolymitano Viterbii à Cardinalibus, quum vt vnum ex Cardinalium collegio eligerent adduci nō poſſent, 4. Cal. Septembris anni 1261. extra eorum collegium exiſtens, Pontifex Maximus creatus eſt in locum Alexandri Papæ IV. ac pridie Nonas Septembris ibidem conſecratus, & coronatus.

Sedit autem in Apoſtolica ſede in interregno an. 3. menſem 1. & d. 4.

*Cardinales IX. viui, quando Vrbanus Papa IV. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales II.*

*Innocentius Papa IV.*

Otho Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, Prior Epiſcoporum.
Stephanus Hungarus Epiſcopus Card. Præneſtinus.

*Preſbyteri Cardinales II.*

Frater Ioannes tt. S. Laurentii in Lucina, S. R. E. Archipreſbyter.
Frater Hugo tt. S. Sabinæ.

*Diaconi Cardinales V.*

*Gregorius Papa IX.*

Ricardus S. Angeli, S. R. E. Archidiaconus.

*Innocentius Papa IV.*

Octauianus S. Mariæ in via lata.
Ioannes Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Othobonus de Fliſco S. Hadriani.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Coſmedin.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Prima creatio VII. Cardinalium.*

Anno Domini 1261. Pontificatus primo, menſe De-
cembri, Vrbanus Papa IV. Viterbii primo creauit VII. Ca-
dinales: hi fuere

Frater Ioannes Monachus Ciſtertienſis, ex Preſbyt.
Card. tt. S. Laurentii in Lucina, Epiſcop. Card. Portu
ſis, & S. Rufinæ.

Henricus . . . Gallus V. I. Doctor, ex Archiepiſc
Ebredunenſi, Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Guido Groſſus de Villa S. Egidii diœceſis Narbon
Prouincialis, Gallus, ex Archiepiſcopo Narbonen
piſc. Card. Sabinus.

Rodulphus Gallus Epiſc. Card. Albanus.

Simon . . . Gallus, Preſbyt. Card. SS. Syluestri, &
tini, tt. Equitii.

Ancherus Trecenſis Gallus, nepos ſuus, ex Archidia
Longonienſi Preſbyt. Card. tt. S. Praxedis.

Gotifredus de Alatro, Diaconus Card. S. Georgii in V
bro.

Vbertus ex Comitibus . . . Senenſis Tuſcus, Diac. C
S. Euſtachii.

*Secunda creatio VI. Cardinalium.*

Anno Domini 1262. Pontificatus anno ſecundo, m
ſe Decembri Vrbanus Papa IV. Viterbii iterum cr
Cardinales: qui fuerunt

Guillelmus de Brayo Gallus Ciuis, & Archidiaconus
menſis, Preſbyt. Card. tt. S. Marci.

Simon de Bria Campaniæ Senonenſis, Gallus, ex The
rario Eccleſiæ S. Martini Turonis, Preſbyter Card.
Cæciliæ.

Guido . . . Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Frater Hannibaldus Hannibaldenſis Romanus, Ord
Prædicatorum, Lector ſacri Palatii, Theologus Pre
Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Iord

Iordanus de Comitibus Terracinenſis, ex S.R.E. Vicecancellario, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani.
Mattheus Rubeus Vrſinus Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

Papa Vrbanus IV. duabus ordinationibus menſe Decembri factis XIII. creauit Cardinales, Epiſcopos videlicet IV. ſed vnum ex antiquo Preſbytero, Preſbyteros VI. & Diaconos IV.

*Vicecancellarii S.R.E. ſub Vrbano Papa IV.*

M. Iordanus Terracinenſis Papæ ſubdiaconus, annis primo, & ſecundi parte.
Magiſter Michaël Tholoſanus Gallus ab anni ſecundi parte ad finem Pontificatus Clementis Papæ IV.
Magiſter Frater Hugo de S. Caro, diœceſis Viennenſis Burgundus, Gallus, Ordinis Fratrum Prædicatorum Theologus, Preſbyt. Card. tt. S. Sabinæ, obiit anno Domini 1264. 14. Cal. April. Vrbe veteri cadauer Lugdunum translatum ad Prædicatorum Eccleſiam ſepultum eſt.

*Obitus Vrbani Papæ IV.*

Anno Domini 1264. 6. Nonas Octobris, Peruſii obiit Vrbanus Papa IV. cadauer ibidem in Cathedrali Eccleſia S. Laurentii ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſes 4. & dies duos.

## Clemens IV. Pont. CLXXXIV.

ANNO CHRISTI MCCLXV.

CLemens Papa IV. Guido antea vocatus, Fulcodii filius, natione Gallus, Prouincia Narbonenſi, Vico S. Egidii, familiaq; mediocri, quæ Groſſa appellabatur, ortus fuit. hic prius vxorem, & filios habuerat, qua mortua, Clericus factus eſt; cumque eſſet iureconſultorum peritiſſimus, regis Francorum à conſiliis aliquandiu fuit; cuius ſtudio Epiſcopus Podienſis primo, deinde Archiepiſcopus Narbonenſis, poſt Epiſcopus Cardinalis Sabinus ab Vrbano Papa IV. creatus eſt. quo mortuo, abſens, rediens ex

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Anglica legatione Peruſii Nonis Februarii anni 12
Pontifex Maximus in eius locum renunciatus, Viterbi
venit, vbi 8. Calendas Martii, die Cathedræ S. Petri ſuæ co-
ronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in interregno an. 3. m. 9. & d. 25.

*Cardinales XXI. qui viui erant, quando Papa Clemens IV. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Innocentius Papa IV.*

Otho Epiſcopus Card. Tuſculanus, Prior Epiſcoporum
Stephanus Hungarus Epiſcopus Card. Præneſtinus.

*Innocentius IV. & Vrbanus IV.*

Frater Ioannes Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & S. Rufinæ.

*Vrbanus Papa IV.*

Henricus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus
Guido Epiſcopus Card. Sabinus.
Rodulphus Epiſcopus Card. Albanus.

*Preſbyteri Cardinales VI.*

*Vrbanus Papa IV.*

Simon SS. Sylueſtri, & Martini tt. Equitii, S.R.E. Archipreſbyter.
Ancherus Preſbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Guillelmus tt. S. Marci.
Simon Gallus tt. S. Cæciliæ.
Guido tt. S. Laurentii in Lucina.
Frater Hannibaldus, Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

*Diaconi Cardinales IX.*

*Gregorius Papa IX.*

Ricardus S. Angeli, S.R.E. Archidiaconus.

*Innocentius Papa IV.*

Octauianus S. Mariæ in via lata.
Ioannes Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Othobonus de Fliſco S. Hadriani.

Iaco-

Iacobus Sabellus S. Mariæ in Coſmedin.

*Vrbanus Papa IV.*

Gotefridus S. Georgii in Velabro.
Vbertus Diaconus Card. S. Euſtachii.
Iordanus SS. Coſmæ, & Damiani.
Mattheus Rubeus S. Mariæ in Porticu.

*Clemens Papa IV. non creauit Cardinales.*

M. Michaël Tholoſanus Gallus, S.R.E. Vicecancellarius, ſub Clemente Papa IV.

*Cardinales tres mortui ſub Clemente Papa IV.*

Stephanus Hungarus Epiſcopus Card. Præneſtinus obiit anno 1266. Pontificatus 2.

Henricus Gallus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus V. I. Doctor, obiit anno 1267. Pontificatus tertio.

Guido Gallus Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Lucina, obiit anno 1267.

*Obitus Papæ Clementis IV.*

Anno Domini 1268. 3. Calend. Decembris Viterbii obiit Papa Clemens IV. cadauer ibidem ad Prædicatores ſepultum eſt. Vacauit ſedes annos duos, menſes 9. & diem vnum.

Iordanus de Comitibus Terracinenſis Diaconus Card. SS. Coſmæ, & Damiani obiit anno 1269. ſede vacante.

Rodulphus Gallus Epiſcopus Card. Albanus obiit trans mare in Africa apud Tunetum in legatione contra infideles, anno 1270. ſede vacante per obitum Clementis Papæ IV.

## Gregorius X. Pont. CLXXXV.

ANNO CHRISTI MCCLXXI.

GRegorius Papa X. Theobaldus antea vocatus, Placentiæ ſummo loco ex Vicecomitum gente Mediolano extorre natus eſt, qui ex Archidiacono Leodienſe abſens: apud Achon enim tunc in Syria commorabatur, tem-

pus opportunum nauigationis expectans, vt Hieroſol
mam templum,& ſepulcrum Domini viſitaturus traii
ret,poſt diutinam Cardinalium diſceptationem, & lo
giſſimum interregnum,extra collegium ipſorum Cale
Septembris anni 1271. Pontifex Maximus renunciatus
qui audita, & approbata electione de ſe facta, Viterb
veniens,ibidem ſuæ conſecrationis munus, & corona
nis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Rodu
Auguſto annos 4.menſes 4.& dies 10.

*Cardinales XV. vivi, quando creatus eſt Papa Gregorius X.*

*Epiſcopi Cardinales II.*

*Innocentius Papa IV.*

Otho Epiſcopus Card. Tuſculanus, Prior Epiſcoporum
*Innocentius IV. & Vrbanus IV.*

Frater Ioannes Epiſcopus Cardinalis Portuenſis,& S.
finæ.

*Preſbyteri Cardinales V.*

*Vrbanus Papa IV.*

Simon tt. SS. Syluestri,& Martini, S.R.E. Archipreſbyt.
Ancherus Preſbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Guillelmus de Brayo tt. S. Marci.
Simon de Bria tt. S. Cæciliæ.
Frater Hannibaldus, Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

*Diaconi Cardinales VIII.*

*Gregorius Papa IX.*

Ricardus S. Angeli, S.R.E. Archidiaconus.
*Innocentius Papa IV.*

Octauianus S. Mariæ in via lata.
Ioannes Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Othobonus de Fliſco S. Hadriani.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Coſmedin.
*Vrbanus Papa IV.*

Gotifredus S. Georgii in Velabro.
Vbertus Diaconus Card. S. Euſtachii.

Matthæus Rubeus S. Mariæ in Porticu.

*Prima creatio V. Cardinalium.*

Anno Domini 1274. Pontificatus 3. in Pentecoſte in Concilio Generali Lugdunenſi ſecundo Papa Gregorius X. primo creauit Cardinales Epiſcopos V. hi fuerunt,

Ioannes Vicecomes Placentinus affinis ſuus Epiſcopus Card. Sabinus.

Frater Vicedominus de Vicedominis Placentinus, eius ſororis filius, Ordinis Fratrum Minorum, Epiſcop. Card. Prænestinus.

Magiſter Ioannes Petrus Iuliani Vlixponenſis Luſitanus, Hiſpanus, Epiſc. Card. Tuſculanus.

Frater Bonauentura Fidanza Ioannis filius Balneo Regienſis Tuſcus Theologus, ex generali miniſtro Ordinis Fratrum Minorum Archiepiſcopus Eboracenſis in Anglia, poſt Epiſc. Card. Albanus.

Frater Petrus Tarentaſienſis Burgundus Gallus, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Theolog. ex Prouinciali Franciæ Archiepiſcopus Lugdunenſis, Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus, ac maior Pœnitentiarius.

Papa Gregorius X. vna creatione menſe Iunio facta quinque creauit Epiſcopos Cardinales.

*Vicecancellarii S. R. E. ſub Papa Gregorio X.*

Magiſter Ioannes Lecacornus Placentinus annis primo, & ſecundo.

M Lanfrancus Archidiac. Bergomenſis, ab anno 3. Pontificatus Papæ Gregorii X. ad obitum Ioan. Papæ XXI.

*Cardinales ſeptem mortui ſub Papa Gregorio X.*

Octauianus Vbaldinus Florentinus Diac. Card. S. Mariæ in via lata, obiit menſe Martio, anno 1272. Pontificatus primo.

Frater Hannibaldus Hannibaldenſis Romanus, Ordinis Prædicatorum, Theologus, Preſbyt. Card. Baſilicæ Apoſtolorum, obiit anno 1272. Pontificatus primo, ſepultus Vrbe veteri ad Prædicatores.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Otho de Caſtro Rodulphi Bituricenſis diœceſis, Gal- Epiſcopus Card. Tuſculanus, obiit Vrbe veteri 5. Cal. Martii, anno 1273. Pontific. 2. cadauer ibidem ad Prædi- catores ſepultum.

Simon Gallus Preſbyter Cardinalis SS. Syluestri, & Mar- tini, tt. Equitii obiit Lugduni in concilio generali, anno 1274. Pontificatus 3.

Ricardus Hannibaldenſis Romanus, S. R. E. Archidiaco- nus, Cardinalis S. Angeli, pileo rubro à Gregorio X. priuatus, animi dolore paulò poſt obiit Lugduni Concilio generali, anno 1274.

Fr. Ioannes Monachus Ciſtercienſ. Epiſc. Card. Por- & S. Rufinæ, obiit Lugduni in Concilio gene- 1274. Pontific. 4.

Frater Bonauentura de Balneo regio Tuſcus, Ordi- norum, Theologus, Epiſc. Card. Albanus obiit Lu- 3. Idus Iulii anno 1275. cadauer ibidem ad Mino- pultum. à Xyſto verò Papa IV. inter Diuos relatus.

*Obitus Gregorii Papæ X.*

Anno Domini 1276. 4. Idus Ianuarii Aretii in Tu- obiit Gregorius Papa X. cadauer eius ibidem in Cathe- Eccleſia ſepultũ fuit. Vacauit, eo mortuo, Rom. ſedes

## Innocentius V. Pont. CLXXXVI.

### ANNO CHRISTI MCCLXXVI.

INnocentius Papa V. frater Petrus antea vocatus, na- ne Gallus, prouincia Burgundia, patria Tarentaſ- Ordinis Fratrum Prædicatorum, & magiſter in Theol- hic ex priori prouinciali Franciæ primo Archiepi- Lugdunenſis, mox ante conſecrationem Epiſcopus Ca- nalis Oſtienſis, & Veliternus, à Papa Gregorio X. Lu- creatus eſt; à quo etiam non longè poſt maior Pœnite- rius factus. quo mortuo Aretii in Tuſcia, omnium Ca- nalium ſuffragiis 13. Calendas Februarii, anni 1276. in locum Pontifex Maximus renunciatus Romam venit die Cathedræ S. Petri Apoſtoli videlicet 8. Cal. Martii coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autē in apoſtolica ſede Imp. Cęſ. Rodulpho Habſpurgenſi Aug. menſes 5. & dies 2.

*Cardinales XIII. viui quando Papa Innocentius V. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales IV.*

*Gregorius Papa X.*

Ioannes Epiſcopus Card. Sabinus prior Epiſcoporum.
Frater Vicedominus Epiſcopus Card. Prænestinus.
Io. Petrus Epiſcopus Card. Tuſculanus.
Frater Petrus Epiſcopus Card. Oſtiēſis, & Veliternus, maior Pœnitentiarius.

*Presbyteri Cardinales III.*

*Urbanus Papa IV.*

Ancherus tt. S. Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.
Guillelmus de Brayo tt. S. Marci.
Simon de Bria tt. S. Cæciliæ.

*Diaconi Cardinales VI.*

*Innocentius Papa IV.*

Io. Caietanus S. Nicolai in carçere Tulliano, S. R. E. Archidiaconus.
Othobonus de Fliſco S Hadriani.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Coſmedin.

*Urbanus Papa IV.*

Gaufridus S. Georgii in Velabro.
Vbertus Diac. Card. S. Euſtachii.
Matthæus Rubeus S. Mariæ in porticu.

*Papa Innocentius V. non creauit Cardinales.*

Magiſter Lanfrancus Archidiaconus Bergomenſis, S. R. E. Vicecancellarius.

*Obitus Innocentii Papæ V.*

Anno Domini 1276. 10. Calen. Iulii Romæ, obiit Papa

Innocentius V. cadauer Laterani ſepultum. Vacauit ſ...
dies 19.

Vbertus ex comitibus.... Senenſis Tuſcus, Diac. Car...
Euſtachii obiit anno Domini 1276.

## Hadrianus V. Pontifex Maximus CLXXX...

### Anno Christi MCCLXXVI.

HAdrianus Papa V. Othobonus antea vocatus, na... ne Ligur, patria Genuenſis, ex comitibus Lau... familia nobiliſſima Fliſca ortus, patrem habuit Thed... fratrem Innocentii Papæ IV. à quo ipſe Othobonus ... chidiacono Cantuarieñſi Diaconus Card. S. Hadriani ... tus eſt. qui poſt obitum Innocentii V. Romæ à Card... bus in eius locũ Pontifex Maximus 4. Idus Iulii anni ... renunciatus, ſtatim ex vrbe diſcedẽs, Viterbium veni... ante conſecrationem mortuus eſt. ſedit autem menſ... num, & dies nouem.

*Cardinales XI. viui quando creatus eſt Papa Hadrianus V.*

*Epiſcopi Cardinales III.*
*Gregorius Papa X.*

Ioannes Epiſcopus Card. Sabinus prior Epiſcoporum.
Frater Vicedominus Epiſcopus Card. Præneſtinus.
Io. Petrus Epiſcopus Card. Tuſculanus.

*Presbyteri Cardinales III.*
*Vrbanus Papa IV.*

Ancherus tt. S. Praxedis, S.R.E. Archipresbyter.
Guilleſmus de Brayo tt. S. Marci.
Simon de Bria tt. S. Cæciliæ.

*Diaconi Cardinales V.*
*Innocentius Papa IV.*

Io. Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Ar-
chidiaconus.
Othobonus de Fliſco Diac. Card. S Hadriani.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Coſmedin.

*Vrba...*

*Urbanus Papa IV.*

Gauſridus Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Matthæus Rubeus S. Mariæ in porticu.

*Papa Hadrianus V. non creauit Cardinales.*

Magiſter Lanfrancus Archidiaconus Bergomenſis, S.R.E. Vicecancellarius.

*Obitus Hadriani Papæ V.*

Anno Domini 1276. 15. Calen. Septembr. Viterbii Hadrianus Papa V. ante conſecrationem mortuus eſt, ſepultus ibidem ad eccleſiam fratrum minorum. Vacauit ſedes dies 25.

## Ioannes XX. dictus XXI. Pontifex CLXXXVIII.

ANNO CHRISTI MCCLXXVI.

IOannes Papa XX. Dictus XXI. magiſter Ioannes Petrus antea vocatus, natione Hiſpanus, prouincia Luſitania, quæ & Portugallia dicitur, patria Vliſponenſis, patrem habuit Iulianum, à quo & Petrus Iuliani appellatus eſt. hic à Gregorio Papa X, in concilio generali Lugdunenſi Epiſcopus Card. Tuſculanus creatus fuit, atque mortuo Hadriano V. Viterbii in eius locum à Cardinalibus Idibus Septembris anni 1276. Pontifex Maximus renunciatus 12. Cal. Octob. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autē in apoſtolica ſede Imp. Cęſ. Rodulpho menſes 8. & dies 5.

*Cardinales X. viui quando Ioannes XX. Papa creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales III.*

*Gregorius Papa X.*

Ioannes Epiſcopus Cardinalis Sabinus, Prior Epiſcoporum.

Frater Vicedominus Epiſcopus Card. Prænestinus.

Magiſter Ioannes Petrus Iuliani Epiſcop. Card. Tuſ-
nus.

*Presbyteri Cardinales III.*

*Vrbanus Papa IV.*

Ancherus tt. S. Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.
Guillelmus de Brayo ti. S. Marci.
Simon de Bria tt. S. Cæciliæ.

*Diaconi Cardinales IV.*

*Innocentius Papa IV.*

Ioannes Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano, S.
Archidiaconus.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Coſmedin.

*Vrbanus Papa IV.*

Gotifredus de Alatro S. Georgii in Velabro.
Matthæus Rubeus S. Mariæ in porticu.

*Papa Ioannis XX. non creauit Cardinales.*

Magiſter Lanfrancus Archidiaconus Bergomenſis, S. R. E.
Vicecancellarius.

*Obitus Ioannis Papæ XX.*

Anno Domini 1277. 16. Cal. Iunii obiit Viterbii Ioan-
nes Papa XX. cadauer eius in eccleſia cathedrali ſepultum
eſt. Vacauit ſedes menſes 6. & dies 7.
Ioannes Vicecomes Placentinus Epiſcopus Cardin. S...
nus, &
Frater Vicedominus de Vicedominis Placentinus, Epiſco-
pus Card. Pręneſtinus mortui ſunt anno Domini ...

## Nicolaus III. Pontifex CLXXXIX.

ANNO CHRISTI MCCLXXVII.

NIcolaus Papa III. Ioannes Caietanus antea voca-
Romæ nobiliſſimis natalibus, familia videlicet ...
na ortus eſt, qui ex Archidiacono Cardinali S. R. E. S. Ni-
colai in carcere Tulliano, ab Innocentio Papa IV. fa-
& Archipresbytero S. Petri, in locum Ioannis XX. Cardi-
nalium ſuffragiis Viterbii 7. Cal. Decembris, anni ...

Po-

Pontifex Maximus renunciatus eſt, atque Romę 7. Calen. Ianuarii, conſecrationis munus, & coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imp. Cæſare Rudolpho Habſpurgenſi Aug. an. 2, m. 8. & d. 22.

*Cardinales VII. viui quando Papa Nicolaus III. creatus eſt.*

*Presbyteri Cardinales III.*

*Vrbanus Papa IV.*

Ancherus tt. S. Praxedis, S. R. E. Archipresbyter.
Guillelmus de Brayo tt. S. Marci.
Simon de Bria tt. S. Cæciliæ.

*Diaconi Cardinales IV.*

*Innocentius Papa IV.*

Io. Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Archidiaconus.
Iacobus Sabellus S. Mariæ in Coſmedin.

*Vrbanus Papa IV.*

Gotifredus de Alatro S. Georgii in Velabro.
Matthæus Rubeus S. Mariæ in porticu.

*Prima creatio IX. Cardinalium.*

Anno Domini 1278. 4. Idus Martii, Pontificatus anno primo, Romæ Papa Nicolaus III. primo nouē creauit Cardinales, hi fuerunt

Philippus ex Epiſcopo Firmano Epiſcopus Cardin. Prenęſtinus.
Ordeonius Epiſcopus Card. Tuſculanus.
Frater Bentiuenga de Bentiuengis de Aquaſparta, Tudertinæ diœceſis, Vmbrus, ordinis minorum, Theologus capellanus, & confeſſor ſuus, ex Epiſcopo Tudertino Epiſcopus Cardin. Albanus, & maior Pœnitentiarius.
Frater Latinus Malabranca Romanus, eius ſororis filius, ordinis fratrum prędicatorum V. I. Doctor, & magiſter in Theologia, ex priore S. Sabinæ Epiſcopus Cardin. Oſtienſis & Veliternus.

Frater Robertus Biliberi Anglus ordinis prædicatoru Theologus, ex Prouinciali Angliæ Archiepiſcopus C tuarienſis, & Primas Anglorum, Epiſcopus Cardin Portuenſis, & S. Rufinæ.

Gerardus Blancus de villa Gainaco diœceſis Parmenſis I. Doctor, ex canonico Parmenſi Presbyter Card. Ba licæ SS. XII. Apoſtolorum.

Frater Hieronymus Aſculanus Picenus ordinis fratru minorum IX. Generalis miniſter, Theologus Presb Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

Iordanus Vrſinus Romanus eius frater, ex laico Diacon Card. S. Euſtachii.

Iacobus Columna Romanus, ex Archidiacono Piſan eccleſiæ Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

Papa Nicolaus III. ordinatione vna menſe Martio ficta nouem creauit Cardinales, Epiſcopos V. Presbytero II. Diaconos totidem.

M. Petrus Peregroſſus Mediolanenſis, S.R.E. Vicecancel larius ab initio Pontificatus Papæ Nicolai III. ad principium Pontificatus Papæ Nicolai IV.

*Cardinales duo mortui ſub Nicolao Papa III.*

Philippus Epiſc. Card. Præneſtinus, obiit circa annũ Chriſti 1279.

Frater Robertus Biliberi Anglus, ordinis prædicatorum Theologus, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit Viterbii anno 1280. Pontificatus III. cadauer ad prædicatores ſepultum.

*Obitus Papæ Nicolai III.*

Anno Domini 1280. 18. Calend. Septembris, Nicolaus Papa III. obiit in caſtro Suriani diœceſis Viterbienſis. cadauer Romam portatum, in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes menſes ſex, & dies totidem.

Marti

## Martinus II. Dictus IV. Pont CXC.

### Anno Christi MCCLXXXI.

MArtinus Papa II. Dictus IV. Simon antea vocatus, natione Gallus, prouincia Campania, oppido Bria Senonenſis diœceſis, humili loco natus, ex canonico, & Theſaurario eccleſiæ S. Martini Turonis Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ ab Vrbano Papa IV. factus fuit. qui mortuo Nicolao Papa III. Viterbii à Cardinalibus in eius locum Pontifex Maximus 8. Cal. Martii anni 1281. creatus, apud Vrbem veterem 10. Cal. Aprilis conſecratus, & coronatus eſt.

Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imp. Cæſare Rudolpho annos 4. menſem 1. & dies 7.

*Cardinales XIII. viui quando Martinus Papa II. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales III.*

*Nicolaus Papa III.*

Ordeonius Epiſcopus Cardin. Tuſculanus, prior Epiſcoporum.

Frater Bentiuenga Epiſcopus Card. Albanus maior Pœnitentiarius.

Frater Latinus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

*Presbyteri Cardinales V.*

*Vrbanus Papa IV.*

Ancherus tt. S. Praxedis, S.R.E. Archipresbyter.

Amadeus ex Marchionibus Sallutiarum Lombardus, electus Archiepiſcopus Valenſis, & Dienſis, Diaconus Card. S. Mariæ nouæ.

Petrus de Fitigniaco, Gallus V. I. Doctor Prot. Apoſtolic. Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

*Quinta creatio VIII. Cardinalium.*

Anno Domini MCCCLXXXV. Pontific. 7. 4. Idus Iulii Auinione Papa Clemens VII. quinto creauit Cardinales, qui fuere

Bertrandus de Canhaco, Gallus, Patriarcha Hieroſolymitanus Presbyter Card. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.

Thomas de Manatis ciuis, & Archiepiſcopus Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Amelinus de Lantrico Gallus Epiſcopus Conuennarum Presbyter Card. tt. S. Euſebii.

Ioannes de Minoliis, Gallus, Epiſcopus Gebennenſis, Presbyter Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ.

Ioannes de Bronhiaco, Gallus, Epiſcopus Viuanenſis V. I. Doctor, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, & S. R. E. Vicecancellarius.

Petrus de Tureyo, Gallus, Epiſcopus Malleacenſis tt. S. Suſannæ.

Ioannes de Placentinis, Gallus, Epiſcopus Caſtellanus tt. S. Cyriaci in Thermis.

Ioannes Rothlandi, Gallus, Epiſcopus Ambianenſis, Presbyter Cardinalis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Sexta creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini MCCCLXXXVI. Pontificatus 8. ... ne Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum

Petrus de Lutcemburgo, Guidonis filius, Gallus, S. Pauli Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

*Septima creatio duorum Cardinalium.*

Anno Domini MCCCLXXXVII. Pontific. 9. in ... ſte Auinione Papa Clemens VII. creauit duos Ca... ab Vrbano VI. creatos, & poſtea priuatos, hi fue...

Pileus de Pratis Concordienſis, Foroiulienſis, ... ſcopus Rauennas Preſbyter Cardinalis.

Galeottus Tarlatus de Petra Mala, Aretinus, Diacon. Card. S. Georgii in Velabro.

*Octaua creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini MCCCLXXXIX. Pontific. 10. ... Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum, ... Iacobus de Arragonia regio genere ortus, Hiſpa... sbyter Cardinalis.

*Nona creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini MCCCLXXXIX. Pontific. 12. 6. ... uembris Auinione Papa Clemens VII. creauit C... lem vnum; is fuit

. . . Gallus Archiepiſcopus Lugdunẽſis, Presby... dinalis.

*Decima creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini MCCCXC. Pontific. 12. 10. cal. ... Auinione Papa Clemens VII. creauit Cardinalem qui fuit

Martinus de Salegiis de Balnes, Gallus, Epiſcopus ... lonenſis Preſbyter Cardinalis.

*Vndecima creatio duorum Cardinalium.*

Anno Domini MCCCXC. Pontific. 13. menſe ...

n Bellocadio Arelatenſis diœceſis, Papa Clemens creauit
Cardinales duos, qui fuere
oannes Flandrini, Gallus, Archiepiſcopus Auxitanus, Preſbyter Card. tt. SS. Ioannis & Pauli.
etrus Gerardi de Podio Lemouicenſis, Gallus, Epiſcopus Anicienſis, Preſbyter Card. tt. S. Clementis, maior Pœnitentiarius.

*Duodecima creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini MCCCXCI. Pontific. 13. 5. Cal Maii Auinione Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum, qui fuit
uillelmus de Vergeio, Gallus, Archiepiſcopus Biſuntinus, Presbyter Cardinalis.

*Tertiadecima creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini MCCCXCIV. Pontific. 16. 4. cal. Februa- ii Auinione Papa Clemens VII. creauit Cardinalē vnum, qui fuit
etrus Fernandi Frias, Hiſpanus, Epiſcopus Oxomenſis, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

*Epiſcopi Cardinales VII. creati à Clemente Papa VII.*

ater Bertrandus Lagerii, ex Presbytero tt. S. Priſcæ Gregorii XI. Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, ab Vrbano VI. creatus: verum eius ordinatione tanquam ſchiſmatici Pontificis reiecta, à Clemente Papa VII. iterum factus eſt.
ugo de Britannia ex Presbytero tt. SS. 4. Coronatorum Gregorii XI. Epiſcopus Card. Tuſculanus.
etrus Soracenacus ex Presbytero tt. Caliſti; Epiſcopus Cardinalis Sabinus.
uido Pictauenſis ex Preſbytero tt. S. Crucis, Gregorii XI. Epiſcopus Card. Præneſtinus.
icolaus Brancatius ex Preſbytero tt. S. Marci, Epiſcopus Card. Albanus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iacobus de Arragonia ex Presbytero Cardinali Ep. Card. Sabinus.

Frater Ioannes de Nouo caſtro ex Presbytero tt. ... ronatorum Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & ... nus.

Papa Clemens VII. treſdecim ordinationibus ... bus Ianuario, Aprili, Maio, Iulio, Octobri, Nou... Decembri factis 34. creauit nouos Cardinales, E... videlicet 7. in his tres ex antiquis Presbyteris, Pr... XXVIII. in his vnum ab Vrbano priuatum, & Dia... in quibus erat vnus ab Vrbano VI. priuatus.

*Vicecancellarii S. R. E. ſub Papa Clemente V...*

Petrus de Monturuco Presbyter Card. tt. S. Ana... anno primo ad 7.

Ioannes de Bronhiaco Presbyter Card. tt. S. An... anno 7. ad finem Pontificatus, & ſub Bene... pa XIII.

*Cardinales XXVII. mortui ſub Clemen... Papa VII.*

Egidius Iſſatnii Epiſcopus Card. Tuſculanus obi... ne 3. nonas Decembris, anno MCCCLXXVIII ... catus primo.

Ioannes de Blanſaco, Gallus, Epiſcopus Cardin... obiit Auinione 8. Idus Iulii anno MCCCLXXIX ... ficatus primo.

Iacobus Vrſinus Romanus Diac. Card. S. Geor... labro obiit apud Vicouarum Tiburtinæ diœce... Septembris, eodem anno; ibidem ſepultus.

Petrus Flandrini, Gallus, Diac. Cardin. S. Euſta... Auinione 10. cal. Februarii anno MCCCLXXXI ... ficatus 3.

Simon de Borſano Presbyter Card. tt. Pamma... Niciæ in prouincia 6. cal. Septembris anno ... dem ſepultus fuit.

rater Nicolaus de ſancto Saturnino de Aluernia ord. Prædicatorum, tt. S. Xyſti obiit Auinione 10. cal. Februarii, anno MCCCLXXXII. ibidem ad prædicatores ſepultus.

etrus de Bareria Presbyter Card tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Auinione Idibus Iunii anni MCCCLXXXIII. Pōtific. 5. ibidem in cathedrali ſepultus.

annes de Croſo Epiſcopus Card. Præneſtinus, & maior Pœnitentiarius, obiit Auinione XI. cal. Decembris anni MCCCLXXXIII. Pontificat. 6. cadauer ibidem in cathedrali eccleſia ſepultum eſt.

uillelmus de Conaco Presbyter Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ, obiit Auinione 3. cal. Ianuarii anni MCCCLXXXIII. Pontific. 6.

ugo de ſancto Marciali, Diac. Card. S. Mariæ in porticu, obiit Auinione prid. cal. Martii, anno MCCCLXXXIV. Pontific. 6. ſepultus ibidem in cathedrali.

aymericus de Manhaco Presbyter Cardin. tt. S. Euſebii obiit Auinione 11. cal. Aprilis, anno MCCCLXXXV. Pōtificatus 7.

etrus de Monturuco, Presbyter Cardin. tt. S. Anaſtaſiæ, S. R. E. Vicecancellarius, obiit Auinione eodem anno 3. cal. Iunii.

rater Anglicus Grimoaldi de Griſaco Epiſcopus Cardin. Albanus, obiit Auinione 16. cal. Aprilis anno MCCCLXXXVII. Pontificatus 9.

etrus de Lutcemburgo, Gallus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro, obiit Auinione 3. nonas Iulii anno eodem. ſepultus ad eccleſiam Cæleſtinorum apud pontem Sorgiæ.

etrus de Croſo Presbyter Card. tt. S. Nerei, & Achillei, & S. R. E. Camerarius, obiit Auinione 16. cal. Decembris anno MCCCLXXXVIII. Pontific. XI.

rater Gerardus de Podio monachus, Presbyter Card. tt. S. Clementis obiit Auinione 14. calen. Februarii, anno MCCCLXXXIX. Pontificatus XI.

etrus Amelii de Monte acuto, Presbyt. Card. tt. S. Marci,

obiit Auinione 4. Idus Auguſti, anno MCCC
Pontificatus XI.

Amelinus de Lantrico, Presbyter Card. tt. S. E
Auinione 7. Idus Iunii anno MCCCXC. Pont

Frater Thomas de Caſaco, Gallus, monachus
Card. tt. S. Sabinæ, obiit Auinione 15. cal.
MCCCXC.

Petrus Soracenacus Epiſcopus Card. Sabinus
nione 16. cal. Septembris eiuſdem anni.

Gunčterus Gometii de Luna, Presbyter Card. tt.
chii obiit in Hiſpania anno MCCCXCI. Ponti

Iacobus de Mentenayo, Gallus, Presbyter Car
Marcellini, & Petri, obiit Auinione cal. M
anni.

Fayditus de Agrifolio Lemouicen. Presbyter C
quitii obiit Auinione 6. nonas Octobris, a
XCI. Pontific. 14. ſepultus ibidem in cathedra

Petrus de Fitigniaco Diac. Card. S. Mariæ in A
Auinione nonis Nouembris, anno MCCCXC
15. ſepultus ad Cæleſtinos apud pontem Sor

Frater Bertrandus Lagerii de Figiaco ord. mino
ſcopus Card. Oſtienſis, obiit 6. Idus Nouem
eiuſdem. ſepultus ibidem ad minorum eccleſ

Guillelmus Nouelletti Diaconus Card. S. Ange
uinione 4. nonas Iulii anno MCCCXCIV. Pon

Obiit quoque ſub Clemente Papa VII. Iacob
Preſbyter Card. tt. S. Priſcæ, ſed quo anno,
certum.

*Obitus Clementis Papæ VII.*

Clemens in ſua obedientia vocatus Papa VII
uinione in palatio Apoſtolico 16. cal. Octobris,
CXCIV. cadauer Auinione ad Cæleſtinorum ecc
pultum eſt. Vacauit in ſua obedientia ſedes di

Eodem anno 15. Cal. Octobr. Auinione in Eccleſia Cathedrali Nouendialia Papæ Clementis VII. à ſuæ obedientiæ Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 6. Cal. Octobris, finitis exequiis Clementis VII. & Spiritus Sancti Miſſa percantata, Cardinales obedientiæ Clementis conclaue ingreſſi ſunt, paratum in Apoſtolico palatio Auinionenſi ꝓ eligendo ſucceſſore Clemẽti VII. qui 4. Cal. Octobris elegerunt Petrum de Luna Hiſpanum Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, hac conditione, vt pro tollendo ſchiſmate liberè Pontificatu abdicaret, quoties Papa alterius obedientiæ idem faceret, quod etiam iam electus iurauit ſe facturum, qui Benedictus XIII. Papa appellatus eſt.

*Benedictus XI. dictus XIII. Antipapa XXXVI.*

ANNO CHRISTI MCCCXCIV.

BEnedictus Papa XI. dictus XIII. Petrus antea vocatus, natione Hiſpanus, Prouincia Arragonia, familia nobiliſſima de Luna ortus, præſtantiſſimus legum, & iuris Canonici interpres fuit. qui à Gregorio Papa XI. Diaconus Cardinalis S Mariæ in Coſmedin creatus eſt. mortuo verò Clemente Papa VII. in ſua obedientia nuncupato, Auinione in ſchiſmate contra Bonifacium Papam IX. Vrbani VI. ſucceſſorem, à Cardinalibus obedientiæ Clementis IV. Cal. Octob. anni 1394. Pontifex hac lege renunciatus eſt, vt ꝓ pace publica, & Eccleſiæ cõcordia, Pontificatu ſponte abdicaret, quoties & alterius obedientiæ Pontifex idem faceret, quod etiam ſe facturum iure iurando promiſit. ibidem autem Calend. Octobris conſecratus, & coronatus fuit. ſedit verò in ſua obedientia Imp. Cæſaribus Wenceslao, Ruperto, & Sigiſmundo Auguſtis annos plus minus 30.

*Cardinales XXVIII. viui, quando Benedictus Papa XI. factus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Vrbanus V. & Gregorius XI.*

Petrus Corſinus Epiſcop. Card. Portuenſis, & S.
Decanus.

*Gregorius XI. & Clemens VII.*

Hugo Epiſc. Card. Tuſculanus.
Guido Epiſc. Card. Prænestinus.

*Clemens Papa VII.*

Nicolaus Brancatius Epiſc. Card. Albanus.
Iacobus de Arragonia Epiſc. Card. Sabinus.
Fr. Ioannes Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus.

*Preſbyteri Cardinales XIX.*

*Vrbanus Papa V.*

Guillelmus tt. S. Stephani in Cœlio monte, S.R.E.
preſbyter.

*Gregorius Papa XI.*

Fr. Ioannes de Grangia tt. S. Marcelli.
Petrus de Bernhia tt. S. Laurentii in Lucina.

*Clemens Papa VII.*

Fr. Leonardus de Chiffono, tt. S. Xyſti.
* Martinus Luſitanus Preſbyt. Card.
* Gualterus, S.R.E. Preſbyt Card.
Bertrandus S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.
Thomas tt. S. Praxedis.
Ioannes S. Vitalis tt Veſtinæ.
Ioannes tt. S. Anaſtaſiæ, S.R.E. Vicecancellarius.
Petrus de Tureyo tt. S. Suſannæ.
Ioannes tt. S. Cyriaci in Thermis.
Ioannes Rothlandi Preſbyt. Card.
. . . Lugdunenſis Preſbyt. Card.
Martinus de Salegiis Preſbyt. Card.
Ioannes Flandrini SS. Ioannis & Pauli, tt. Pammac.
Petrus de Podio tt. S. Clementis.
Guillelmus de Vergeyo Preſbyt. Card.
Petrus Fernandi Frias Preſbyt. Card.

*Diaconi Cardinales III.*

*Gregorius Papa XI.*

Petrus de Veruco S. Mariæ in via lata, S. R. E. Archidiaconus.

Petrus de Luna S. Mariæ in Coſmedin.

*Clemens Papa VII.*

Amadeus S. Mariæ nouæ.

*Prima creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1396. Pontificat. 3. 9. Cal. Ianuarii Auinione Benedictus Papa XI. primo creauit Cardinalem vnum, is fuit

Petrus Blani Hiſpanus LL. Doctor, Referendarius Apoſt. Diac. Card. S. Angeli.

*Secunda creatio trium Cardinalium.*

Anno Domini 1397. Pontific. 3. 12. Cal. Octobris Auinione Papa Benedictus XI. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Ferdinandus de Calniello, Hiſpanus, Epiſc. Tiraſonenſis, Preſbyt. Card. Baſilicæ SS XII. Apoſtolorum.

Ianfridus de Ronyl, Gallus, Referendarius Apoſtol. Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Petrus Serra Hiſpanus, electus Catanienſis, Diac. Card. S. Angeli.

*Tertia creatio trium Cardinalium.*

Anno Domini 1397. Pontific. 4. 12. Cal. Ianuarii, Auinione Benedictus Papa XI. tertio creauit tres Cardinales, qui fuerunt

Berengarius Hiſpanus, Epiſcopus Gerundenſis, Preſbyter Card. tt. S. Clementis.

Bonifacius de Manatis Neapolitanus, Notarius Apoſtol. Diac. Card. S. Hadriani.

Ludouicus de Barro, Gallus, propinquus regis Francorum, Diac. Card. S. Agathæ.

*Tertia creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1306. . . . Pontific. 10. . . . nione Papa Benedictus XI. quartò creauit Card. vnum, is fuit

Antonius de Calancho Sabaudienſis, Allobrox, Archiepiſcopus Lauſannenſis, Diaconus Cardin. Mariæ in via lata.

*Epiſcopi Cardinales IV. creati à Benedicto Papa XI.*

Guillelmus de Agrifolio ex Preſbytero tt. S. Steph. Cœlio monte Vrbani V. Epiſc. Card. Sabinus.

Ioannes de Bronhiaco ex Preſbytero tt. S. Anaſtaſiæ gorii XI. Epiſcop. Card. Oſtienſis, & Veliternus, Vicecancellarius.

Petrus Gerardi de Podio, ex Preſbytero tt. S. Clem. Clementis VII. Epiſc. Card. Tuſculanus.

. . . ex Preſbytero Clementis VII. Epiſcop. Card. tuenſis, & S. Rufinæ.

An alios Epiſcopos Cardinales creauerit incertum.

Ioannes de Bronhiaco, Gallus, Preſbyter Card. tt. S. ſtaſiæ, poſt Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus, Vicecancellarius ſub Papa Benedicto XI. ab anno tificatus primo ad 15. in quo, eo relicto, ad Conc. Piſanum cum reliquis Cardinalibus acceſſit.

*Cardinales XXIV. mortui ſub Benedicto Papa XI. ante primam eius in Concilio Piſano abrogationem.*

Iacobus de Arragonia, Epiſc. Card. Sabinus, obiit in Arragonia anno 1396. Pontific. 2.

Thomas de Amanatis Neapolitanus, Preſbyter Card. Praxedis, obiit Auinione 8. Idus Decembr. anno Pontific. 3.

Fr. Ioannes de Nouocaſtro Arrago, Ord. Prædicator. Ep

Epiſcopus Card. Oſtienſis, obiit anno 1400. Pontificatus 6.

Hugo de Montelongo dictus de Britannia, Epiſcop. Card. Præneſtinus, obiit Auinione anno Domini 1400. . . . Pontificat. 6.

Petrus Corſinus Florentinus, Epiſc. Card. Portuenſis, tt. S. Rufinæ, obiit anno 1404. Pontific. 10. Cadauer Florentiæ in Cathedrali ſepultum.

Guillelmus de Agrifolio, Gallus, Epiſcopus Cardinalis Sabinus, obiit anno Domini 1405. . . . Pontificatus 12.

*Cardinales incerto tempore mortui inter annos 1400. & 1409.*

Fr Ioannes de Grangia Monachus, DD. Doctor, Preſbyt. Card. tt. S. Marcelli.

Petrus de Bernhia LL. Doctor Preſbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Fr. Leonhardus de Chiffono Ordin. Minorum Preſbyter Card. tt. Equitii.

Martinus Luſitanus Epiſcopus Vlixponenſis Preſbyter Cardinalis.

Gualterus Epiſcopus Glaſquenſis Preſbyt. Card.

Bertrandus de Canhaco Preſbyter Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

Ioannes de Minoliis, Gallus, Preſbyter Cardinalis S. Vitalis tt. Veſtinæ.

Ioannes de Placentia, Preſbyter Cardin. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Ioannes Rothlandi, Gallus, Preſbyt. Card.

. . . Gallus, Archiepiſcopus Lugdunenſis Preſbyt. Cardinalis.

Martinus Salegius de Balues, Preſbyt. Card.

Guillelmus de Vergeyo Preſbyt. Card.

Petrus de Veruco, Gallus, Diaconus Card. S. Mariæ in via lata.

Petrus Blani Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ferdinandus de Calmiello Preſbyt. Card. Baſilicæ
Apoſtolorum.

Ianfridus de Ronyl, Diaconus Cardinalis S. Ma
quiro.

Berengarius Hiſpanus, Preſbyter Cardinalis tt.
mentis.

Bonifacius de Amanatis, Neapolitanus, Diac. Car
driani.

*Cardinales X. qui relicto Benedicto XI. Piſan
Concilium cum Cardinalibus alterius obe-
dientiæ pro noua Pontificis electione
conuenerunt.*

Guido de Maloſicco Pictauenſis Gallus, Epiſc. Ca
neſtinus.

Nicolaus de Brancatiis Neapolitanus, Epiſcopus C
banus.

Ioannes de Bronhiaco Epiſc. Card. Oſtienſis, & V
S.R.E. Vicecancellarius.

Petrus Gerardi de Podio, Epiſc. Card. Tuſculanus

Petrus de Tureyo tt. S. Suſannæ, Preſbyt. Card.

Petrus Fernandi Frias dictus, de Hiſpania, tt. S. Pra

Amadeus Marchio Sallutiarum Diaconus Card. S
nouæ.

Petrus Serra, Hiſpanus. Diac. Card. S. Angeli.

Lodouicus de Barro, Gallus, Diac. Card. S. Agathæ

Antonius de Calancho, Allobrox, Diac. Card. S. M
via lata.

Lodouicus de Fliſco, Genuenſis, Diac. Card. S. H
qui, quum ab Vrbano VI. creatus eſſet, relicto In
tio Papa VII. eius ſucceſſore ad Benedictum XI.
gerat: rediit autem nouiſſimus omnium Bononia
creationem Papæ Ioannis XXIII.

*Prima abrogatio Benedicti Papæ XI. in Concil
Piſano.*

Anno Domini 1409. Pontificatus Papæ Bened

anno 14. menſe 8. & die 9. Nonis Iuniis, in Concilio Piſano à Cardinalibus vtriuſque obedientiæ congregato, ex totius Synodi ſententia, Benedictus Papa XI. dictus VIII. & Gregorius Papa XII. periurii, ſchiſmatis, & aliorum criminum damnati, Pontificatibus priuati ſunt, tertiusq; in vtriuſque locum ſuffectus eſt Alexander Papa V. nec Benedictus, nec Gregorius Concilio obtemperare voluerunt; ſed vterque Pontificatus inſignia tenuerunt; Benedictus quidem vſq; ad mortem, Gregorius verò vſq; ad Concilium Conſtantienſe.

*Quinta creatio duodecim Cardinalium.*

Anno Domini 1409. Pontificatus 15. in quatuor temporibus menſis Septembris, Paniſcholæ, quod eſt Arragoniæ oppidum, Benedictus Papa XI. audita ſua depoſitione facta in Concilio Piſano, ad augendum ſchiſma quinto creauit Cardinales, qui fuerunt

. . . Archiepiſcopus Tholoſanus, Gallus, Preſbyt. Card.

. . . Archiepiſcopus Roſanenſis, Preſbyt. Card.

Antonius Venenz, Hiſpanus, Epiſc. Legionenſis, Preſbyt. Card.

Fr. Petrus Comes de Fuxo, Gallus, Ord. Minorum Theologus, Epiſc. Laſcurrenſis, & Conuennarum, Preſbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Fr. . . . Hiſpanus, Canonicus regularis, & Abbas montis Arragonum, Preſbyt. Card.

. . . de Anche, Hiſpanus, Preſbyt. Card.

Iulianus Dobla, Hiſpanus, Preſbyt. Card.

Fr. . . . Hiſpanus, Ord. Carthuſianorum Preſbyt. Card.

Carolus de Viries Hiſpanus, Diaconus Card. S. Georgii in Velabro.

Alphonſus Carillus Gometii filius, Hiſpanus, Diac. Card. S. Euſtachii.

Petrus Fonſecca, Portugallenſis, Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli.

Iordanus . . . Dia. Card.

An alias creationes fecerit adhuc mihi incognitum eſt.

Papa Benedictus XI. dictus XIII. his quinq; tionibus menſibus Septembri, & Decembri factis uos creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos omnes ex antiquis Preſbyteris, Preſbyteros X. & nos X.

*Cardinales VI. mortui apud Benedictum Papam poſt primam eius in Concilio Piſano abrogationem.*

Ioannes Flandrini, Gallus, Preſbyter Card. SS. Io. Pauli tt Pammachii.

. . . Gallus, Archiepiſcopus Tholoſanus, Preſby. dinalis.

. . . Archiepiſcopus Roſanenſis, Preſbyt. Card.

Antonius Veneriz Preſbyt. Card.

. . . de Anche, Preſbyt. Card.

Iordanus Diac. Card.

Frater Petrus, Comes de Fuxo, Preſbyter Card. t. phani in Cœlio monte eum reliquit tempore Conſtantienſis, & ad Concilium acceſſit.

*Secunda Papæ Benedicti in Concilio generali Conſtantienſi abrogatio.*

Anno Domini 1417. Pontificatus Benedicti P. anno 22. menſe 9. & die 28. 7. Calen. Auguſti, pub trum Concilii Conſtantienſis decreto, eidem ... cto, pro Catholicæ Eccleſiæ concordia, Pontificatu tinaciter renunciare recuſanti, iterum Papatus ... tus eſt, iterum Concilio non paruit, ſed Pontifica gnia vſq; ad mortem retinuit.

*Cardinales IV. qui poſt Concilium Conſtantienſe ... Benedicto XI. ſchiſmatico & damnato ad Martinum Papam V. acceſſerunt.*

Frater . . . Hiſpanus Canonicus Regularis, & montis Arragonum, Preſbyt. Card.

Carolus de Viries Hiſpanus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Alphonſus Carillus Hiſpanus Diaconus Cardinalis S. Euſtachii.

Petrus Fonſecca Portugallenſis, Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli.

*Obitus Antipapæ Benedicti XI. dicti XIII.*

Anno Domini 1424. menſe Septembri, Pontificatus anno 30. Paniſcholę in Hiſpania obiit octuogenario maior Antipapa Benedictus XI. dictus XIII. Cadauer ibidem ſepultum eſt.

## *Clemens VIII. Antipapa XXXVII.*

### ANNO CHRISTI MCCCCXXIV.

CLemens VIII. Antipapa Egidius Munionis antea vocatus, natione Hiſpanus, Prouincia Arragonia, ex Canonico Eccleſiæ Barchinonenſis in ſchiſmate contra Papam Martinum V. Pontifex in locum Antipapæ Benedicti XI. à Iuliano Dobla, & Carthuſiano Anticardinalibus à Benedicto ipſo creatis, Paniſcholæ in Hiſpania menſe Septembri anni Domini 1424. ſtudio Alphonſi Regis Arragonum Martino Papæ infenſi, renunciatus, coronationis inſignia ſuſcepit, & omnia fecit, quę veri Romani Pontifices facere conſueuerunt. verum annis aliquot poſt, quum Alphonſus Rex Arragonum in gratiam cum Pontifice Martino rediiſſet, à legato Apoſtolicæ ſedis fratre Petro de Fuxo Cardinale Clemens ipſe coactus, an. Domini 1429. Pontificatus ſui 5 abdicauit, & ex Apoſtolicæ ſedis auctoritate Epiſcopus Maioricenſis ordinatus eſt. Cardinales quoq;, quos ipſe creauerat, eius exemplum ſequuti, omnes dignitatem depoſuerunt. cæterùm Iulianus Dobla, & Carthuſianus Cardinales, qui ſoli ex Benedicti antiquis Cardinalibus ſupererant, quum ſchiſma eiurare nollent, nec Martinum Papam V. verum Pontificem confiteri, à legato

capti ſunt, & diris carceribus mancipati : vbi
animi dolore cōfecti miſere periere ſicq; ingen
num ſchiſma; quod in Eccleſia Romana XX
quodq; per annos continuos duos, & quinquag
rauerat, totumq; orbem Chriſtianum vexauera
ſublatum eſt, ſolusq; Martinus verus, & legitim
manſit.

# LECTORI S.

*NOuiſſima huius volum*
*annos complect tur 18*
*ni VI. Papæ creatione*
*Pauli IV. Pontificis Ma*
*tificatus annum, qui eſt*
*lutis 1557. quam propt*
*omnium quæ fuere, qua*
*ſunt (vt exiſtimo) peſſimum, & longiſſimum*
*ſeiunxi. quum eodem tempore Vrbanus VI. R*
*mens verò VII. Auinione in Galliis Pōtificatu*
*rent. accedit, ꝙ Vrbanus VI. primus fuit, qui*
*tot annorum interuallum, quo Romana curia*
*tes permanſerat, creatus fuerit: Gregorius enim*
*ante eum Romanus Pontifex fuit, Romanam*
*Auinione ad Vrbem reduxerat. Porrò autem*
*hæc pars prodiit ex officina Triuulciana; quam*
*ex multis monumentis vir ille omnibus ſecul*
*dus in vnum congeſſerat. ego verò multa ex h*
*integerrimo viro Triuulcio Gualtero Vrbeuet*
*frater qui hodie eſt Epiſcopus Viterbienſium,*
*uulcii Cardinalis à ſecretis fuiſſet, multas ex*

*rationibus ab eo moriente acceperat. non parum quoque minis huic rei attulit, & alius eiuſdem generis liber ex dem erutus Bibliotheca, quem mihi accommodauit vir uerendiſſimus, & dominus meus, Rodulphus Pius, Carnſis, S.R.E. Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Ruſinæ, onorum omnium, & literatorum in primis ſtudioſiſſimus.*

---

## Vrbanus VI. Pontifex CCIII.

### ANNO CHRISTI MCCCLXXVIII.

VRbanus Papa VI. Bartholomæus Butillus antea vocatus, Neapoli in platea Vindi, in loco, qui vulgo Infernus appellatur, familia Prægnana patre Piſano, & matre Neapolitana vtriſque ignobilibus ortus eſt. it autem vtriuſq; iuris Doctor, & in Romana curia poſt editum Gregorii Papæ XI. ad vrbem pro Petro Preſbytero Cardinale tt. S. Anaſtaſiæ, & S. R. E. Vicecancellario ſente, Cancellariæ Apoſtolicæ in Italia regens, primò rchiepiſcopus Acheruntinus, mox Barenſis à Gregorio apa XI. eius prædeceſſore factus: quo mortuo, vndecimo acantis ſedis die Romæ, ipſe à ſexdecim Cardinalib. tunc pud Baſilicam S. Petri in conclaui exiſtentibus, qui inter concordes eſſe non poterant, vt vnum ex ſui collegii orpore eligerent, non Cardinalis VI. Idus Aprilis anni 78. Pontifex Maximus renunciatus, die ſequenti onium ſuffragiis, in Apoſtolica ſede locatus eſt, & 14. alendas Maii in die Paſchæ per Jacobum Cardinalem rſinum, S.R.E. Archidiaconi locum tenentem ſuæ corotionis, omnibus Cardinalibus conſentientibus, inſignia ſcepit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare V
Boëmo Auguſto, annos 11. menſes 6. & dies 8.

*Cardinales XXIII. viui, quando Vrbanus P. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales V.*

*Vrbanus Papa V.*

* Frater Anglicus Epiſc. Card. Albanus Decan.

*Innocent. VI. & Vrbanus V.*

* Egidius Iſſalnii Epiſc. Card. Tuſculanus.

*Innocent. VI. & Greg. XI.*

* Ioannes de Blanſaco Epiſc. Card. Sabinus.

*Vrbanus V. & Gregorius XI.*

Petrus Corſinus Epiſcopus Cardinalis Portuenſis finæ.

*Gregorius Papa XI.*

Ioannes de Croſo Epiſcop. Card. Præneſtinus, pœnitentiarius.
Ecclesia Oſtienſis vacabat.

*Preſbyteri Cardinales XII.*

*Innocentius Papa VI.*

* Petrus tt. S. Anaſtaſiæ, S.R.E. Archipreſbyter cancellarius.

*Vrbanus Papa V.*

Guillelmus tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Franciſcus Thebaldeſcus tt. S. Sabinæ.

*Gregorius Papa XI.*

Fr. Bertrandus Lagerii tt. S. Priſcæ.
* Fr. Guillelmus S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
Robertus Preſbyt. Card. Baſilicæ Apoſtolorum.
Simon SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
Hugo tt. SS. quatuor Coronatorum.

uido tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Fr. Ioannes de Grangia, tt. S. Marcelli.
trus tt. S. Laurentii in Lucina.
Gerardus tt. S. Clementis.

*Diaconi Cardinales VI.*

*Innocentius Papa VI.*

Hugo S. Mariæ in Porticu, S. R. E. Archidiaconus.

*Gregorius Papa XI.*

cobus Vrſinus S. Georgii in Velabro.
trus Flandrini S. Euſtachii.
illelmus Nouelletti S. Angeli.
trus de Veruco S. Mariæ in via lata.
trus de Luna S. Mariæ in Coſmedin.

*Stellula aliquibus Cardinalibus præfixa, eos abſentes in electione Pontificis fuiſſe demonſtrat.*

*Creatio Epiſcopi Cardinalis.*

Papa Vrbanus VI. poſt Coronationem ſuam Romæ rem Bertrandum Preſbyterum Card. tt. S. Priſcæ Epipum Oſtienſem, & Veliternum creauit.

*Schiſma in Romana Eccleſia XXVIII.*

Vrbano Papa VI. creato, & coronato, Cardinales oes tam Itali, quàm Galli vno Cardinali tt. S. Sabinæ exto, qui vſque ad mortem, quę ei non longè poſt accidit, rbani fide permanſit, dolentes Pontificem nimis conacem, moroſum, aſperum, & inhumanum delegiſſe, inores pertæſi, tertio poſt eius creationem menſe circa m menſis Iunii, conficta vitandi caloris æſtiui cauſſa, gniam conceſſerunt, ibique coniuratione facta ab eo cere, atque 5. Idus Auguſti per Patriarcham Conſtanpolitanum de mandato, & vnanimi eorundem Cardium conſenſu, declaratum, & publicatum fuit, ipſum anum non eſſe, neque vnquam fuiſſe verum Papam, ie ei Pontificatum abrogant, Bartholomæum Baren-

ſem intruſum cum appellantes, occaſione accepta
metu populi Romani, & non liberis ſuffragiis Pa
tus, & coronatus eſſet; quod tamen falſum fuiſſe
manifeſtum erat. his peractis Septembri ſequenti,
Campaniæ ciuitatem Anagnia diſcedentes acce
ibiq; expectatis quos in ſuam paulatim traxere ſen
Cardinalibus Italis, qui per varia Campaniæ loc
exitus expectantes manebant, ſub protectione
Caietani Comitis Fundorum pro Romana Eccle
paniæ Gubernatoris, & non ſine auxilio, & fauore
primę Neapolitanorum Reginę, Vrbano iterùm
intruſo, & ſedis Apoſtolicæ inuaſore damnato,
ingreſſi ſunt; vbi 12. Calend. Octobr. anni Domi
ſchiſmate contra Vrbanum Papam VI. Antipapa
runt Robertum ex Comitibus Gebennenſibus
rum Cardinalem Baſilicæ SS XII. Apoſtolorum
mens VII. appellatus eſt; qui Auinionem profectu
Cathedram Pontificalem firmauit; ſicq; peſſimu
turnum ſchiſma inchoatum eſt, omnisq; Reſpub
ſtiana diuiſa: Clemens enim à Gallis omnibus, H
Regnicolis ſuſceptus eſt. Germania verò omnis,
Anglia, & Italiæ pars Vrbani Papæ VI. partes ſeq
durauit autem hoc ſchiſma annos continuos
quinquaginta videlicet vſque ad annum Domini

*Prima creatio XXVI. Cardinalium.*

Vrbanus igitur ſolus ab omnibus Cardinalibus
excepto Cardinale tt. S. Sabinæ, qui etiam 1. Ca
bris Romæ obierat, audita Clementis Papæ VII.
rebus iam deſperatis, quum nullus amplius con
cus relictus eſſe videretur, nullumq; haberet C
anno Domini 1378. Pontificatus ſui primo 14. C
bris, Romę in Baſilica S. Mariæ Tranſtiberim fe
Cardinalium ordinationem, qua ſimul ſex, & v
dinales creauit, viros ex omni obedientia ſua c
ues, & prudentes, qui fuere

Guille
tt. S
Fr. Tho
nera
byt
Franci
piſc
Vic
Pileus
roi
Pra
Ioann
tt. S
Lucas
Pr
Fr. Ph
Pr
Ca
Ponc
by
Rain
pu
ris
Eleaz
nit
Philip
Pr
Adam
Ca
Petru
Andr
cell
Agapi

Guillelmus Patriarcha Hieroſolymitanus, Preſbyt. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Fr. Thomas de Firignano Mutinenſis, Ord. Minorum Generalis Miniſter, Theolog. Patriarcha Gradenſis, Preſbyter Card. tt. S. Laurentii in Damaſo.
Franciſcus Prægnanus Neapolitanus, nepos ſuus, Archiepiſcopus Piſanus, Preſbyt. Card. tt. S. . . . poſt, S.R.E. Vicecancellarius.
Pileus de Pratis Cócordienſis, diœceſis Aquilegienſis, Foroiulienſis, Archiepiſc. Rauennas, Preſbyter Card. tt. S. Praxedis.
Ioannes Archiepiſc. Corſienſis, Preſb. Card. tt. S. Sabinæ.
. . . Archiepiſcopus de Virſoglie, Preſbyter Cardinalis tt. S. . . .
. . . Epiſcopus de Edena, Preſbyt. Card. tt. S. . . .
. . . Epiſcopus de Seme, Preſbyt. Card tt. S . . .
Lucas de Gentilibus Camers, Picenus, Epiſcop. Lucerinus, Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti.
Fr. Philippus Gezza Romanus, de regione Parionis, Ord. Prædicatorum Theolog. Epiſc. Tiburtinus, Preſbyter Card. tt. S. Suſannæ.
Poncellus Vrſinus Romanus Epiſcopus Auerſanus, Preſbyter Card. tt S. Clementis.
Rainulphus de Monturuco Lemouicenſis, Gallus, Epiſcopus Siſtaricenſis, Preſbyt. Card. S. Pudentianę tt. Paſtoris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regens.
Eleazarus Epiſcopus Theatinus Preſbyt. Card. maior Pœnitentiarius.
Philippus Carapha Neapolitanus, Epiſcopus Bononienſis Preſbyt Card. tt. S. Martini in montibus.
Adam Anglus Epiſcop. Londonienſis Preſbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.
Petrus Hiſpanus Epiſc. Palentinus Preſbyt. Card.
Andreas Bontempus ciuis, & Epiſc. Peruſinus, tt. SS. Marcellini, & Petri. (Card. tt. S. Priſcæ.
Agapitus de Columna Romanus Epiſc. Vlixponenſ. Preſb.

Fr. Nicolaus Miſcinus de Carractiolis Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, inquiſitor in regno Siciliæ, Presbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Fr. Ludouicus Donatus, Venetus, Ord. Minorum Theologus, inquiſitor Venetiæ, Preſbyter Cardinalis S. Marci.

Guillelmus de Capua Neapolitanus, filius Comitis villæ, electus Archiepiſcopus Salernitanus, Diac. S. Mariæ in Coſmedin.

Stephanus de Columna, Romanus, Protonotarius, Diac. Card. S. Euſtachii.

Ludouicus de Capua, Neapolitanus, Protonot. Apoſt. Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Gentilis de Sangro, Neapolitanus, Protonot. Apoſt. Card. S. Hadriani.

Stephanus Sanſeuerinus, Neapolitanus, Protonot. Diac. Card.

Galeottus Tarlatus de Petra mala, Aretinus, Tuſcus, Protonotarius Apoſt. Diac. Card. S. Agathæ.

*Secunda creatio III. Cardinalium.*

Anno Domini 1379. Pontificatus 2. Papa Vrbanus Romæ iterum creauit Cardinales, hi fuere

Ioannes Boëmus Archiepiſcop. Pragenſis, Presbyt. Basilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Demetrius Hungarus Archiepiſc. Strigonienſis, Presb. Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

Valentinus Hungarus Epiſc. Quinqueccleſienſis Presb. Card. tt. S. Sabinæ.

*Tertia creatio octo Cardinalium.*

Anno Domini 1381. Pontificatus 4. menſe Dec. Romæ Vrbanus Papa VI. tertio creauit Cardinales, hi fuere

Philippus de Alenconio, Gallus, regio Francorum

genere oriundus, Patriarcha Aquileienſis Presb. Card. S. Mariæ Tranſtiberim tt. Caliſti.

Frater Bartholomæus de Cocurno de Clauari ordinis minorum Theologus, ciuis, & Archiepiſcopus Genuenſis, Presbyt Card. tt. S. Laurentii in Damaſo.

Marinus Amalphitanus Archiepiſcopus Tarentinus, S. R. E. Camerarius Presbyter Cardin. S. Pudentianæ, tt. Paſtor s.

Bartholomæus Mezzauacca Bononienſis, Epiſcopus Reatinus, Auditor Rotæ tt. S. Marcelli.

Petinus Tomacellus Neapolitanus ex Acolyto, & Protonotario Apoſtolico, Diacon. Cardin. S. Georgii in Velabro.

Thomas Vrſinus de Manupello Romanus Protonot. Apoſtolic. Diac. Card. S. Mariæ in Domnica.

Landulphus Marramaurus Neapolitanus electus Archiepiſcopus Barenſis S. Nicolai in carcere Tulliano.

Ludouicus de Fliſco Genuenſis Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

*Quarta creatio XVIII. Cardinalium.*

Anno Domini 1395. Pontificatus VII. 7. Idus Ianuarii Luceriȩ Chriſtianorum in Apulia Vrbanus Papa VI. quinto creauit Cardinales; qui fuerunt

Ludouicus de Miſna Germanus Archiepiſcopus Moguntinus.

Fridericus Germanus Archiepiſcopus Colonienſis

Cuno Germanus Archiepiſcopus Treuerenſis.

Arnoldus Germanus Epiſcopus Leodienſis.

Wenceſlaus Germanus Epiſcopus Vratiſlauienſis.

Petrus de Roſſemburgo Boëmus Clericus.

} Hi ſex Presbyteri Cardinales creati ſunt, ſed pileum recuſantes, dignitaté accipere noluerunt.

ff

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stephanus Paloſius Romanus ex canonico S. Mai
ioris Epiſcopus Tudertinus, Papæque in vrbe Vi
Presbyter Card. tt. S. Marcelli.

Angelus Acciaiolus ciuis, & Epiſcopus Florentinus,
byter Card. tt. S. Laurentii in Damaſo.

Franciſcus Carbonus Neapolitanus, Epiſcopus M
litanus, Presbyter Cardin. tt. S. Suſannæ, & S. R.
ior Pœnitentiarius.

Frater Bonauentura de Peraga Patauinus, ordinis f
Eremitarum S. Auguſtini Prior Generalis, The
Preſbyt. Cardin. tt. S. Cæciliæ.

Marinus Bulcanus Neapolitanus eius propinquus,
diacono, & Protonotario Apoſtolico, Diac. Ca
Mariæ nouæ, & S. R. E. Camerarius.

Franciſcus de Aliña Neapolitanus Diac. Card. S. Eu

Rainaldus Brancacius Neapolitanus ex Acolyto A
lico Diac. Card. SS. Viti, & Modeſti in Macello
rum.

Ioannes Stephaneſcus Romanus de Tranſtiberin
Card. S. Georgii in Velabro.

Frater Angelus de Anna Neapolitanus monachus C
dulenſis, electus Epiſcopus Laudenſis, Diacon. C
Luciæ in ſeptiſolio.

Raimundellus Vrſinus Romanus filius comitis N
Diac. Card.

Ioannes Carlonus Neapolitanus Diac. Cardinalis.

Franciſcus Caſtagnola Neapolitanus Diac. Card.

Hi quatuor vltimi Diaconi Cardinales, non niſi
publicati ſunt 17. Cal. Nouembris eiuſdem anni.

*Epiſcopi Cardinales IV. creati ab Vrbano Papa*

Guillelmus Patriarcha Hieroſolymitanus ex Pres
tt. S. Stephani in monte Cœlio, Epiſcop. Card. T
nus.

Frater Thomas de Firignano, ex Presbytero Ca
Laurentii in Damaſo, Epiſcopus Card. Tuſculan

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Franciſcus Prægnanus, S.R.E. Vicecancellarius, ex Presbytero Cardin. Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Philippus de Alenconio, ex Presbytero tt. Caliſti Epiſcopus Car. Oſtienſis, & Veliternus.

Guillelmus de Capua ex Diacono S. Mariæ in Coſmedin, Presbyter Card. tt. S. Euſebii.

Perinus Tomacellus ex Diacono S. Georgii in Velabro Presbyt. Card. S. tt. Anaſtaſiæ.

Ioannes Stephaneſcus ex Diacono S. Georgii in Velabro Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.

Papa Vrbanus VI. quatuor ordinationibus menſibus Ianuario, Septembri, & Decembri factis LV. creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos IV. Presbyteros XXXV. & Diaconos XVI.

*Vicecancellarii S.R.E. ſub Vrbano Papa VI.*

Petrus de Monturuco Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, ab anno primo Pontificatus ad octaui partem.

Rainulphus de Monturuco Lemouicenſis, Presbyt. Card. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris, Cancellariæ Apoſtolicæ regens, abſente Petro de Monturuco ab anno Pontificatus primo ad quintum.

Franciſcus Prægnanus Neapolitanus Presbyter Card. Cãcellariæ Apoſtolicæ regens, pro Petro de Monturuco abſente ab anno 5. ad 8.

Franciſcus idem Epiſcopus Card. Præneſtinus, S.R.E. Vicecancellarius, in obedientia Vrbani Papæ VI. ab anno 8. ad finem Pontificatus.

*Cardinales XIX. mortui vel priuati ſub Vrbano Papa VI.*

Franciſcus Thebaldeſcus Romanus Presby. Cardinalis tt. S. Sabinæ, obiit Romæ 13. Cal. Septembris anno 1378. Pontificatus 1.

Guillelmus Patriarcha Hieroſolymitanus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, obiit Romæ anno 1380. Pontificatus 3.

Ioannes Boëmus Archiepiſcopus Pragenſis, P…
Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorũ obiit Praga…
mia anno 1381. Pontificatus IV.

Rainulphus de Montutuco Lemouicenſis, Gal…
byter Card. tt. Paſtoris Cancellariæ Apoſtolicæ…
obiit Romæ 18. Cal. Septemb. anno 1382. Ponti…
ſepultus ante fores tituli ſui Romæ.

Bartholomæus Mezanacca Bononienſis Presbyt…
S. Marcelli Sueſſæ ab Vrbano Papa VI. dignit…
mnibus, & Cardinalatu priuatus eſt, Idibus Oc…
ni 1383. Pontificatus VI.

Ioannes Archiepiſcopus Corſienſis Presbyter C…
Sabinæ.

Adam Anglus Presbyter Cardinalis tt. S. Cæcili…

Frater Lodouicus Donatus Venetus Presbyter C…
Marci.

Frater Bartholomæus de Cocurno Genuenſis, …
rentii in Damaſo.

Marinus Amalphitanus, Presbyter Card. tt. Paſto…
R.E. Camerarius, & Gentilis de Sangro Neap…
Diac. Cardin. S. Hadriani, Luceriæ Chriſtianor…
pulia ab Vrbano Papa VI. 4. Nonas Ianuarii, …
Pontificatus ſui VII. omnibus dignitatibus pri…
dirisque carceribus mancipati, atque anno …
1386. menſe Decembri Genuæ eius iuſſu omn…
ti ſunt, vno Cardinali Anglico excepto, quem …
facultatibus, & dignitate mulctatũ, ad preces …
glorum dimiſit.

Elcazarus Presbyter Card. & S.R.E. maior Pœnit…
Luceriæ Chriſtianorum ab Vrbano Papa VI. C…
latu priuatus eſt anno 1385.

Landulphus Maramaurus Neapolitanus Diac. Car…
colai in carcere Tulliano Cardinalatu priuatu…
ceriæ Chriſtianorum anno 1385.

Franciſcus Caſtagnola Pauli filius, Neapolitan…
conus Cardinalis, obiit 17. Calend. Decemb…

adeptam Diaconiam Anno 1385. Pontificatus VIII.

Philippus de Alẽconio, Gallus, Epiſc. Card. Sabinus, priuatus Cardinalatu Genuæ ab Vrbano Papa VI. anno 1386. Pontificatus IX.

Pileus de Pratis Concordienſis Presbyt. Card. tt. S. Praxedis Genuæ ab Vrbano Papa VI. dignitate mulctatus, Auinione ad Clemẽtem VII. ſe contulit, à quo in ſuorum Cardinalium collegium cooptatus eſt, anno 1387.

Galeottus Tarlatus de Petramala Aretinus, Diac. Card. Agathæ Genuæ ab Vrbano Papa VI. priuatus, Auinionẽ profectus eſt cum Pileo Cardinale, añ̃o 1387. vbi à Clemente VII. Diac. Card. S. Georgii in Velabro iterũ creatus, non longe poſt ab eo defecit, & ad Vrbanum eſt reuerſus, à quo, quum reſtitutus ad priſtinam dignitatem fuiſſet, non longe poſt obiit, eiuſque cadauer in monte Aluerniæ ad fratrum minorum eccleſiam ſepultum eſt.

Frater Bonauentura de Peraga Patauinus ord. eremitarum Presbyter Cardin. tt. S. Cæciliæ, obiit Romæ Añ̃o 1389. ſepultus in eccleſia S. Tryphonis poſt ad S. Auguſtinum in capella S. Nicolai translatus.

Guillelmus de Capua Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Euſebii, obiit Romæ 10 Cal. Auguſti, anno 1389. Pontific. XII.

Frater Nicolaus Miſcinus de Carractiolis Neapolitanus ord prædicatorum Presbyter Car. tt. S. Cyriaci in Thermis, obiit Romæ 4. Cal. Auguſti anno 1389. cadauer ibidem ad prædicatores ſepultum eſt.

*Cardinales XV. in certo tempore mortui ſub Vrbano Papa VI.*

Frater Thomas de Firignano Mutinenſis ord. minorum, Epiſcopus Cardin. Tuſculanus obiit Romæ ſepultus ad eccleſiam S. Mariæ de Aracœli ordinis ſui.

. . Archiepiſcopus de Virſoglie Presbyt. Card.

. . Epiſcopus de Edina Presbyt. Card.

. . Epiſcopus de Seme Presbyt. Cardin.

Lucas de Gentilibus Camers Picenus Presbyt. C[...] Xyſti, obiit & ſepultus eſt Camerini in eccleſi[...] drali poſt annum Chriſti 1388.

Frater Philippus Gezza Romanus de regione [...] ord. prædicatorum, Presbyt. Card. tt. S. Suſann[...] Romæ, ſepultus in titulo S. Sabinæ.

Philippus Carafa Neapolitanus, Presbyt. Card. tt. [...] obiit Bononiæ, cuius Epiſcopus erat, ſepultus in [...] eccleſiæ cathedralis.

Petrus Hiſpanus Epiſcopus Palentinus Presbyter C[...] obiit in Hiſpania.

Agapitus de Columna Romanus, Presb. Card. tt. S[...] obiit Romæ 5. Idus Octobris anni 1380. ... [...] ad S. Mariam maiorem.

Stephanus de Columna Romanus Diac. Cardin. S[...] chii obiit Romæ ſepultus in S. Maria maiore.

Lodouicus de Capua Neapolitanus, Diac. Cardin. S[...] nouæ.

Stephanus Sanſeuerinas Neapolitanus, Diaconus C[...]

Demetrius Hungarus, Presbyter Card. tt. SS. iv. C[...] torum, obiit in Hungaria.

Raimundilus Vrſinus Romanus, filius Comitis [...] Diaconus Card.

Ioannes Carlonus Neapolitanus, Diac. Card.

*Obitus Vrbani Papæ VI.*

Anno Domini 1389. 3. Idus Octobris Romæ [...] banus VI. nullo recepto eccleſiæ ſacramento, in [...] Apoſtolico apud S. Petrum mortuus eſt, cadauer [...] ca S. Petri ſepultum. Vacauit eo mortuo ſedes dies [...]

Eodem anno 17. Cal. Nouembris, quarto die p[...] tum Vrbani Papæ VI Romæ in Baſilica S. Petri [...] uendialia more maiorum à Cardinalibus præſen[...] lebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 8. Cal. Nouembris, finitis exequ[...] Vrbani VI. & Miſſa Spiritus ſancti per Franciſcum [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pum Cardinalem Prænestinum cantata, Cardinales xiii. conclaue ingreſſi ſunt, paratum in Apoſtolico palatio S. Petri pro electione noui Pontificis. quo clauſo VI. Calend. Nouembris Andreas Bontempus Cardinalis Peruſinus, ex Marchia Anconitana vbi erat Legatus veniens ad Vrbem, eo die & ipſe conclaue ingreſſus eſt, auctoque patrum numero xiv. facti qui poſt aliquas contentiones 4. Calendas Nouembris, elegerunt in Papam Perinum Tomacellum Neapolitanum, Presbyterum Cardinalem tt. S. Anaſtaſiæ, qui Bonifacius Papa IX. appellatus eſt.

## Bonifacius IX. Pontifex CCIV.

### Anno Christi MCCCLXXXIX.

Bonifacius Papa IX. Petrus, vel Perinus antea vocatus, Neapoli familia Tomacella ortus, ex Acolyto, & Protonotario Apoſtolico primo Diaconus Cardinalis S Georgii in Velabro, mox Presbyter tt. S. Anaſtaſiæ ab Vrbano Papa VI. creatus eſt. quo mortuo Romæ, à Cardinalibus obedientiæ Vrbani, in ſchiſmate contra Clementem VII. 4. Nonas Nouembris anni 1389. Pontifex Maximus renunciatus III. Idus Nouembris conſecratus, & coronatus eſt.

Sedit autem Romæ in ſchiſmate contra Clementem VII. & eius ſucceſſorem Benedictum XI. Auinione commorantes Impp. Cæſaribus Wenceſlao, & Ruperto Auguſtis annos 14. & menſes 11.

*Cardinales XV. viui quando Bonifacius Papa IX. creatus eſt.*

*Vrbanus Papa VI.*

*Epiſcopi Cardinal. I.*

Franciſcus Epiſcopus Cardinalis Prænestinus, Decanus, & Vicecancellarius.

*Presbyteri Cardinales VIII.*

Poncellus Vrſinus tt. S. Clemẽtis, S.R.E. Archip
Andreas Bontempus tt. SS. Marcellini, & Petri.
Valentinus Hungarus tt. S. Sabinæ.
Stephanus Paloſius tt. S. Marcelli, Vicarius Papæ.
Angelus Acciaiolus tt. S. Laurentii in Damaſo.
Franciſcus Carbonus tt. S. Suſannæ, maior Pœ
rius.
Perinus Tomacellus tt. S. Anaſtaſiæ.
Ioannes Stephaneſcus tt. S. Cæciliæ.

*Diaconi Cardinales VI.*

Thomas Vrſinus S. Mariæ in Domnica S. R. E.
conus.
Ludouicus de Fliſco S. Hadriani.
Marinus Bulcanus S. Mariæ nouæ S.R.E. Camer
Franciſcus de Aliſia S. Euſtachii.
Rainaldus Brancatius SS. Viti, & Modeſtę in mac
tyrum.
Frater Angelus de Anna S. Luciæ in Septiſolio.

*Prima creatio VII. Cardinalium.*

Anno Domini 1389. Pontificat. primo 15. Cal.
mæ Bonifacius Papa IX. primo creauit Cardinal
bus quatuor nouos creauit, & tres ab Vrbano VI.
reſtituit; qui fuere
Henricus Minutolus ciuis, & Archiepiſcopus N
nus, Presbyter Card. tt S. Anaſtaſiæ.
Adam Anglus Epiſcopus Londonienſis reſtitutu
ter Cardinal. tt. S. Cæciliæ.
Frater Bartholomæus Vliarius Patauinus, ordin
rum Theologus, Epiſcopus Florentinus, Presb
S. Pudentianæ tt. Paſtoris.
Coſmatus Melioratus Sulmonenſis, Epiſcopus Bo
ſis, Presbyt. Cardin. tt. S. Crucis in Hieruſalem

Chriſtophorus Marronus Romanus, Epiſcopus Eſernienſis, Preſbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, poſt Archipresbyter S. Petri.

Bartholomæus Mezauacca Bononienſis reſtitutus Presbyter Card. tt. S. Martini in montibus.

Landulphus Maramaurus Neapolitanus, electus Archiepiſcopus Barenſis, reſtitutus Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

*Secunda creatio vnius Card. reſtituti.*

Anno Domini 1390. Pontificatus primo à Papa Bonifacio IX. Romæ.

Philippus de Alenconio, Gallus reſtitutus eſt, factuſque Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

*Tertia creatio vnius Cardinalis reſtituti.*

Anno Domini 1391. Pontificat. 2. Idib. Februarii Romæ, à Papa Bonifacio IX. reſtitutus eſt ad Cardinalatum.

Pileus de Pratis, Concordienſis Diœceſis Aquileienſis Foroiulienſis, factuſque eſt Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

*Quarta creatio duorum Cardinalium.*

Anno Domini 1402. Pontificatus 13. 6. calend. Februarii, Romæ Papa Bonifacius IX. quarto creauit Cardinales, qui fuere

Antonius Caietanus Romanus, Patriarcha Aquileienſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ, poſt maior Pœnitentiarius.

Balthaſſar Coſſa Neapolitanus, Archidiaconus Bononienſis, DD. D. Papæ cubicularius, Diaconus Cardin. S. Euſtachii.

*Epiſcopi Cardinales V. creati à Bonifacio Papa IX.*

Philippus de Alenconio Epiſcopus, Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Pileus de Pratis, Concordienſis Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Angelus Acciaiolus Florentinus, ex Presbytero tt. D
ſi Vrbani VI. Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Vel
Franciſcus Carbonus Neapolitanus, ex Presbyter
Suſannæ, Vrbani VI. Epiſcopus Card. Sabinus.
Henricus Minutolus Neapolitanus ex Presbytero
naſtaſiæ Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.
Frater Angelus de Anna Neapolitanus ex Diacon
dinale S. Luciæ in Silice Vrbani VI. Presbyter C
Pudentianæ tt. Paſtoris.

Papa Bonifacius IX. quatuor ordinationibus m
Ianuario, & Decembri factis XI. creauit Cardin
quibus quinque ab Vrbano Papa VI. priuatos reſt
cit autem ex his Epiſcopos quinque, ſed quatuor e
quis, vel reſtitutis Cardinalibus. Presbyteros VII. ſ
ex his, quos Vrbanus Papa VI. priuauerat, & alie
antiquis Diaconis, & Diaconos duos, in quibus v
reſtitutus. creauit igitur Cardinales nouos tantum
licet Epiſcopum I. Presbyteros IV. & Diaconum v

*Viceecancellarii S. R. E. ſub Bonifacio Papa IX.*

Franciſcus Prægnanus Neapolitanus, Epiſcopus C
Præneſtinus ab anno Pontificatus primo ad init
Angelus Acciaiolus Florentinus, ex Presbytero C
le tt. S. Laurentii in Damaſo, Epiſcopus Card. O
ſis, & Veliternus, ab anno 5. ad finem Pontifica

*Cardinales XIII. mortui ſub Bonifacio Papa IX.*

Ioannes Stephaneſcus Romanus, Presbyter Cardin
Cæciliæ, obiit Romæ menſe Decembri anno
Pontific. I. ſepultus ad S. Petrum.
Thomas Vrſinus de Manupello Romanus, Diac. C
Mariæ in Domnica, obiit Romę 6. Idus Iulii anno
Pontific. I. ſepultus ad S. Petrum.
Andreas Bontempus Peruſinus Presbyter Cardin.
Marcellini, & Petri, obiit Recaneti in legatione

17. calend. Auguſti eodem anno, ibidemque in cathedrali ſepultus.

Franciſcus de Aliſia Neapolitanus, Diac. Card. S. Euſtachii obiit 5. cal. Octobris anno 1390. Pontificatus primo Romæ.

Franciſcus Prægnanus Neapolitanus, Epiſcopus Card. Prænestinus, & S.R.E. Vicecancellarius, obiit Romæ 8. Idus Februarii, anno 1394. Pontific. 5.

Marinus Bulcanus Neapolitanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, & S. R. E. Camerarius, obiit Romæ 6. Idus Auguſti anno 1394. ſepultus in Diaconia ſua.

Poncellus Vrſinus Romanus, Presbyter Card. tt. S. Clementis, obiit Romæ 4. Nonas Februarii anno 1395. Pontificatus VI.

Frater Bartholomæus Vliarius Patauinus ordinis minorum, Presbyter Card. tt. Paſtoris, obiit Caietæ in legatione Neapolitana 16. cal. Maii anno 1396. Pontific. 7. cadauer ibidem ad minores ſepultum eſt.

Bartholomæus Mezauacca Bononienſis, Presbyter Card. tt. Equitii obiit Romæ 3. cal. Auguſti anno 1396. ſepultus ad S. Mariam maiorem.

Philippus de Alenconio, Gallus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, obiit Romæ 18. cal. Septembris anno 1397. Pontific. 8. ſepultus ad S. Mariam Tranſtiberim.

Adam Anglus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obiit Romæ 13. cal. Octobris anno 1397. ſepultus in titulo ſuo.

Stephanus Paloſius Romanus, Presbyter Card. tt. S. Marcelli, & S.R.E. Camerarius, obiit Romæ 3. cal. Maii anno 1398. Pontificatus 9. ſepultus ad S. Mariam maiorem.

Pileus de Pratis Concordienſis, Epiſcopus Card. Tuſculanus, obiit Patauii menſe Decembri, anni 1398. Pontificatus 9. cadauer ibidem in cathedrali ſepultum eſt.

*Obitus Bonifacii Papæ IX.*

Anno Domini 1404. cal. Octobris Romæ, in palatio

Apoſtolico apud ſanctum Petrum, obiit Bonifacius P. IX. cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies 15.

Eodem anno 5. nonas Octobris, Romæ in Baſilica Petri eius Nouendialia à Cardinalib. celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 4. Idus Octobris finitis exequiis Bonifacii Papæ IX. & Miſſa Spiritus ſancti ab Epiſcopo Oſtienſi cantata, Cardinales octo, qui tunc in vrbe aderant, conclaue paratum in Apoſtolico palatio apud S. Petrum ingreſſi ſunt, pro noua Romani Pontificis electione, iuramento aſtricti, vt quiſquis Pontifex renunciatus eſſet, libere Pontificatu abdicaret, quoties & alterius obedientiæ Papa idem faceret, pro eccleſiæ catholicæ concordia ſchiſmatiſque tollendi cauſa, qui 12. calen. Nouembris omnium votis elegerunt in Papam Coſmatum Sulmonenſem Presbyterum Cardinalem tt. S. Crucis in Hieruſalem, qui Innocentius Papa VII. vocatus eſt.

## Innocentius VII. Pontifex CCV.

ANNO CHRISTI MCCCCIV.

INnocentius Papa VII. Coſmatus antea vocatus, ex prouincia Apulia, patria Sulmonenſis, Valuenſis, diœceſis familia mediocri, quæ Meliorata dicebatur, vtriſque parentibus honeſtæ conditionis ortus eſt. fuit autem vtriuſque iuris Doctor, & ſub Vrbano Papa VI. Clericus Cameræ Apoſtolicæ, à quo etiam collector reddituum eiuſdem Cameræ, in regno Angliæ eſt miſſus; poſtea ab eodem Vrbano Archiepiſcopus Rauennas, in locum Pilei Cardinalis priuati, mox Bononienſis Epiſcopus cum commenda Rauennatis eccleſiæ, deinde Romanæ eccleſiæ Theſaurarius, & Viceccamerarius creatus fuit, demum à Bonifacio Papa IX. in principio ſui Pontificatus Presbyter Cardinalis tt. S. Crucis in Hieruſalem factus, aliquot annis poſt, mortuo Stephano Paloſio, S.R.E. Camerario, Camerariatus munus obtinuit. mortuo autem Bonifacio Romæ in eius locum in ſchiſmate omnium Cardinalium

in

in conclaui exiſtentium ſuffragiis 16. cal. Nouembris anni 1404. Pontifex Maximus renunciatus 4. nonas Nouembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem Impp. Cæſſ. Ruperto, & Wenceslao Auguſtis, in ſchiſmate contra Benedictum XIII. annos duos & dies 2 .

*Cardinales XII. viui quando Innocentius Papa VII. factus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales* III.

*Vrban. VI. & Bonifac. IX.*

Angelus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus Decanus, S. R. E. Vicecancellarius.

Franciſcus Carbonus Epiſcopus Cardin. Sabinus, maior Pœnitentiarius.

*Bonifacius Papa IX.*

* Henricus Minutolus Epiſcopus Card. Tuſculanus.

*Presbyteri Cardinales V.*

*Vrbanus Papa VI.*

* Valentinus Hungarus tt. S. Sabinæ, S.R.E. Archipresbyter.

*Bonifacius Papa IX.*

Coſmatus tt. S. Crucis in Hieruſalē, S.R.E. Camerarius.

Chriſtophorus tt. S. Cyriaci in Thermis.

*Vrban. VI. & Bonifac. IX.*

Frater Angelus S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

*Bonifacius Papa IX.*

Antonius Caietanus tt. S. Suſannæ.

*Diaconi Cardinales* IV.

*Vrbanus Papa* VI.

* Lodouicus S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

Rainaldus SS. Viti, & Modeſtæ in macello Martyrum.

*Vrbanus VI. & Bonifac. IX.*

Landulphus S. Nicolai in carcere Tulliano.

*Bonifacius Papa IX.*

* Baldaſſer Coſſa, Diac. Card. S. Euſtachii.

*Prima creatio XI. Cardinalium.*

Anno Domini 1405. Pontificatus 1. prid. Idus Iuni[illegible]
Romæ Innocentius Papa VII. primo creauit XI. Cardina-
les; qui fuere
Conradus Carractiolus Neapolitanus, ex Patriarcha Gra-
denſi, Archiepiſcopus Nicoſienſis, poſt Epiſcopus Mi-
litenſis, S.R.E. Camerarius Presbyter Card. tt. S. Chry-
ſogoni.
Angelus Corarius Venetus Patriarcha Conſtantinopoli-
tanus Presbyter Cardinalis tt. S. Marci.
Franciſcus Huguccionius Vrbinas, Picenus V.I.D. Ar-
chiepiſcopus Burdegalenſis Presbyter Card. tt. SS. [illegible]
Coronatorum.
Iordanus Vrſinus Romanus, Archiepiſcopus Neapolita-
nus, Preſbyter Card. tt. Equitii.
Ioannes Melioratus Sulmonenſis nepos ſuus V.I. Doctor
Archiepiſcopus Rauennas, Preſbyter Card. tt. S. Cru-
cis in Hieruſalem.
Frater Petrus Philareti Cretenſis, Græcus, ordinis mino-
rum Theologus, Archiepiſcopus Mediolanenſis Pre-
ſbyter Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
Antonius Archionius Romanus, ex Epiſcopo Aquinat[illegible]
Aſculanus, Presbyter Cardin. S. Petri ad Vincula, [illegible]
Eudoxiæ.
Antonius Caluus Romanus, ex canonico S. Petri Epiſco-
pus Tudertinus, Presbyter Card. tt. S. Praxedis, po[illegible]
Archipresbyter S. Petri.
Otho de Columna Romanus Protonotarius, & Referen-
darius Apoſtolicus Diac. Card. S. Georgii in Velabro.
Petrus Hannibaldus Stephaneſcus Romanus, de regio[illegible]
Tranſtiberim, protonotarius, & Acolytus Apoſtolic[illegible]
Diac. Card. S. Angeli.
Ioannes Egidii Germanus, Præpoſitus Leodienſis V.I.D.
Auditor Rotę Diaconus Card. SS. Coſmę, & Damia[illegible]

*Epiſcopus Cardinalis creatus ab Innocent. VII.*

Antonius Caietanus Romanus, ex Presbytero Cardina[illegible]
tt.

tt. S. Cæciliæ Bonifacii IX. Epiſcopus Card. Præneſtinus, & maior Pœnitentiarius.

Innocentius Papa VII. ordinatione vna menſe Iunio facta 12. creauit Cardinales, videlicet Epiſcopum vnum ex antiquo Preſbytero, Preſbyteros VIII. & Diaconos III.

Angelus Acciaiolus Florentinus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus S. R. E. Vicecancellarius, ſub Innocentio Papa VII.

*Cardinales III. mortui ſub Innocentio Papa VII.*

Chriſtophorus Marronus Romanus, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, & Archipreſbyter S. Petri, obiit Romæ prid. Nonas Decembris anno 1404. Pontificatus primo, ſepultus ad S. Petrum in Vaticano.

Franciſcus Carbonus Neapolitanus Epiſcopus Card. Sabinus, & maior Pœnitentiarius, obiit Romæ 14. calen. Iulii, anno 1405. Pontificatus primo cadauer Neapolim Tranſlatum in Cathedrali ſepultum eſt.

Antonius Archionius Romanus, Preſbyter Card. tt. Eudoxiæ, obiit Romæ 11. cal. Auguſti anno 1405. ſepultus ad S. Mariam maiorem.

*Obitus Papæ Innocentii VII.*

Anno Domini 1406. 8. Idus Nouembris, Romæ in palatio Apoſtolico, apud S. Petrum, obiit Innocentius Papa VII. ſepultus in Baſilica S. Petri. Vacauit ſedes dies 23.

Eodem anno 5. Idus Nouembris Romæ in Baſilica S. Petri Nouendialia Innocentii Papæ VII. ab eius Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

Quum ſchiſma Romanæ eccleſiæ, in longum protraheretur, ſuperioreſq; Pontifices vtriuſque obedientiæ dominandi cupiditate adducti ſegnes omnino, & tardi ad cõcordiam faciendam ſe demonſtraſſent, Cardinales obedientiæ Vrbani VI. Innocentio VII. defuncto, hoc conſilium ſequuti ſunt, vt eidem ſucceſſorem hac lege darent, vt

vnuſquiſque Cardinalium ſanctiſſimo ſeſe obſtringere ſacramento, quod ſi Pontifex eligi contigiſſet, nec Cardinales nouos crearet, & totis viribus incumberet per viam ſimplicis ceſſionis Papatus ad vnionem in eccleſia faciendam, dummodo & Benedictus XI. dictus XIII. idem faceret, quod & ipſe, quando à ſuæ obedientiæ Cardinalibus factus fuit Pontifex, ſe facturum iurauerat. his igitur iuramentis religioſiſſime factis 14. cal. Decembris, factis exequiis Papæ Innocentii VII. & miſſa Spiritus ſancti per Cardinalem Oſtienſem cantata Cardinales numero ... conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico palatio iuxta S. Petrum pro noui Pontificis electione, qui pridie ... Decembris elegerunt in Romanum Pontificem Angelum Corarium Venetum Presbyterum Cardinalem tt. S. Marci Octogenarium, qui Gregorius Papa XII. appellatus est.

## Gregorius XII. Pontifex CCVI.

ANNO CHRISTI MCCCCVI.

GRegorius Papa XII. Angelus antea vocatus, Venetus ex familia patritia Coraria natus eſt. qui quum ... ſacræ Theologiæ magiſter eximius, primo Epiſcopus Caſtellanus Venetiis, mox Chalcidis in Græcia, deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus à Bonifacio IX. factus, ab eius demum ſucceſſore Innocentio VII. Presbyter Cardinalis tt. S. Marci creatus fuit; quum prius eius Referendarius aſſiſtens, & in palatio ſocius fuiſſet. quo mortuo Romæ in eius locum in ſchiſmate ipſe à Cardinalibus pridie cal. Decembris anni 1406. Romanus Pontifex renunciatus ... nonis Decembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in ſchiſmate contra Benedictum XI. dictum XIII. annos duos, menſes 6. & dies 6. & contra eundem Benedictum, Alexandrum V. & eius ſucceſſorem Ioannem XXII. dictum XXIII. annos ſex, & menſem vnum ... Impp. Cæſaribus Wenceslao, Ruperto, & Sigiſmundo Auguſtis.

*Cardinales XIX. obedientiæ Vrbani VI. viui quando Gregorius Papa XII. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales III.*

*Vrban. VI. & Bonif. IX.*

Angelus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus Decanus, & S.R.E. Vicecancellarius.

*Bonifacius Papa IX.*

Henricus Minutolus, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

*Bonifac. IX. & Innoc. VII.*

Antonius Epiſcopus Cardin. Præneſtinus, S. R. E. maior Pœnitentiarius.

*Presbyteri Cardinales IX.*

*Vrbanus Papa VI.*

* Valentinus Hungarus tt. S. Sabinæ, S. R. E. Archipreſbyter.

*Vrban. VI. & Bonifac. IX.*

Frater Angelus de Anna, S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

*Innocentius Papa VII.*

Conradus tt. S. Chryſogoni, S. R. E. Camerarius.

Angelus Corarius tt. S. Marci.

* Franciſcus tt. SS. quatuor Coronatorum.

Iordanus SS. Sylueſtri, & Martini, tt. Equitii.

Ioannes tt. S. Crucis in Hieruſalem.

* Frater Petrus Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Antonius Caluus tt. S. Praxedis.

*Diaconi Cardinales VII.*

*Vrbanus Papa VI.*

* Lodouicus de Fliſco S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

Rainaldus SS. Viti, & Modeſtæ in macello Martyrum.

*Vrban. VI. & Bonifac. IX.*

Landulphus S. Nicolai in carcere Tulliano.

*Bonifacius Papa IX.*

* Balthaſſar Coſſa, Diac. Card. S. Euſtachii.

*Innocentius Papa VII.*

Otho Columna S. Georgii in Velabro.
Petrus Hannibaldus S. Angeli.
Ioannes Egidii SS. Coſmæ, & Damiani.

*Prima creatio IV. Cardinalium.*

Anno Domini 1408. Pontificatus 2. menſe Iunio Lu-cæ in Tuſcia Gregorius Papa XII. contra fidem ſacramenti in electione ſua de non creandis Cardinalibus præſtitam, quatuor nouos fecit Cardinales, qui fuere

Frater Ioannes Dominici Florentinus ordinis fratrũ Prædicatorum ex prouinciali Romano, Archiepiſcopus Raguſinus, Presbyter Card. tt. S. Xyſti.

Domnus Antonius Corarius Venetus eius fratris filius, Canonicus S. Georgii in Alga Venetiis, Epiſcopus Bononienſis, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni, & S. R. E. Camerarius.

Domnus Gabriel Condulmerius Venetus eius ſororis filius, Canonicus S. Georgii in Alga Venetiis electus Epiſcopus Senenſis, Protonotarius, & theſaurarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, & paulo poſt Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Iacobinus Vtinenſis Foroiulienſis, protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. ſine Diaconia, & paulo poſt S. Mariæ nouæ. qui tamen pro Cardinalibus non ſunt recepti vſque ad concilium Conſtantienſe, quando Gregorius ipſe Pontificatu abdicauit.

*Concilium Piſanum & Gregorii XII. Benedictiq. XI. dicti XIII. abrogatio.*

Anno Chriſti 1409. Pontificatus Gregorii Papæ XII. anno ſecundo, & Benedicti XI. dicti XIII. xv. Cardinales obedientiæ Gregorii XII. videntes negociũ tollendi ſchiſmatis paulatim ad nihilum reduci, & non ſolum Gregorium, verum etiam Benedictum ipſum concordiam detrectare, contra iuramenta, & fidem in eorum electionibus data, Gregorium quoque contra eadem ſacramenta nouos Cardinales abſque neceſſitate aliqua, ipſisq; inuitis

crea-

creaſſe, hanc nacti occaſionem ab eo tunc Lucæ commorante defecerunt, Piſasque conceſſere. quod quum maior pars eorum, qui Benedictum ſequebantur, Cardinalium vidiſſent, atque laudaſſent, ſimili exemplo ducti, ſuum & ipſi præſulem deſerentes, ceteris Cardinalibus Gregorii, qui Piſis erant, ſe coniunxerunt. ibique concilio Generali indicto, eoque cum maxima Prælatorum frequentia inchoato, vterque Pontifex ab eis damnatus eſt, atque vtriſque tanquam periuris, hæreticis, colluſoribus, ſchiſmaticis, ſchiſmatiſq; fautoribus, publico omnium decreto nonis Iunii anno Domini 1409. iidem Cardinales Pontificatus abrogarunt; quum vſque ad eam diem ſediſſet Gregorius annos duos, menſes ſex, & dies ſex. Atque in vtriuſq; locum, 20. poſt abrogationem die tertium ſubrogarunt fratrem Petrum Philareti Cretenſem Presbyterum Cardinalem Baſilicæ Apoſtolorum, qui Alexander Papa V. appellatus eſt.

Gregorius vero his cognitis, concilio nulla ratione obtemperare voluit, ſed Pontificatus inſignia multis annis poſtea retinuit. timens autem ne ex ſynodi decreto contra ſe procederetur, locis tutis, & munitiſſimis apud amicos ſuos ſe continebat; manſit enim primo in regno Neapolitano apud regem Ladislaum, qui eius ſtudioſus erat, mox apud Vtinum aliquod tempus commoratus, demum Ariminum apud Malateſtas venit, vbi vſque ad concilii Conſtantienſis tempus permanſit. in quo quum ſponte Pontificatu per procuratorem abdicaſſet, Cardinalis, & Piceni perpetuus Legatus deſignatus eſt: Cardinaleſq; ab eo creati, qui tunc viuebant cum ceteris numerati ſunt. vixit autem poſt primam eius abrogationem ad ſpontaneam ceſſionem vſque annos ſex, & dies aliquot.

*Secunda creatio IX. Cardinalium.*

Anno Domini 1408. quum omnes Cardinales obedientiæ Vrbani Papæ VI. periurio Gregorii offenſi eum deſeruiſſent, videns Gregorius ipſe ſe non niſi quatuor Car-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dinales, quos nuper creauerat, habere, quo Pontificatum ſuum firmaret, ſenis in Tuſcia 13. cal. Octobris, anno Pontific. 2. iterum nouem fecit Cardinales. qui fuerunt

Lodouicus DD. Doctor, Archiepiſcopus Tarentinus, Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim tt. Caliſti.

Angelus Ciuis, & Epiſcopus Recanatenſis, DD. D. Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Angelus Barbadicus Venetus, Epiſcopus Veronenſis DD. D. Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Bandellus de Bandellis Lucenſis Tuſcus V. I. Doctor, ex Epiſcopo Tiphernate, Epiſcopus Ariminenſis, Presbyter Card tt. S. Balbinæ.

Philippus Anglus Epiſcopus Linconienſis, Theologus Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Matthæus Germanus, Epiſcopus Vormacienſis Theologus, Orator Imp. Ruperti, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Frater Lucas Manzolus Florentinus, ordinis Humiliatorum Generalis; Theologus, Epiſcopus Feſulanus, Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Vicétinus de Arragonia Hiſpanus prior Mõtisferrati DD. Doctor, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Petrus Maurocenus, Venetus, artium Doctor Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card S. Mariæ in Domnica. hi nouem, vt de aliis quatuor dictum eſt, nunquam pro Cardinalibus habiti ſunt, niſi illi, qui tempore concilii Conſtantienſis viuebant, in quo pro publica pace conſeruanda in ceterorum collegium cooptati ſunt.

*Epiſcopus Cardinalis creatus à Gregorio Papa XII.*

Domnus Antonius Corarius Venetus, ex Presbytero tt. S. Chryſogoni, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Papa Gregorius XII. duabus ordinationibus Iunio, & Septembri factis, treſdecim creauit Cardinales videlicet Epiſcopum 1. Presbyteros x. & Diaconos duos.

Ange-

Angelus Acciaiolus Florentinus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus S.R.E. Vicecancellarius, ab anno Pōtificatus Gregorii Papæ XII. primo, ad initium concilii Piſani, in quo mortuus eſt.

*Cardinales III. mortui ſub Gregorio Papa XII. ante eius in concilio Piſano abrogationem.*

Ioannes Egidii Germanus, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani, obiit in Italia menſe Iulio, anno 1407. Pontificat. primo, Leodium translatus, ibidem ſepultus eſt.

Valentius Hungarus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit in Hungaria anno 1408. Pontificatus 2. cadauer ibidem ſepultum eſt.

Angelus Acciaiolus, Florentinus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, & S.R.E. Vicecancellarius, obiit Piſis in concilio, menſe Iunio, anno 1409. Pontificat. 3. cadauer ibidem ſepultum eſt.

*Cardinales VII. obidientiæ Gregorii Papæ XII. mortui poſtquam in concilio Piſano Pontificatus ei abrogatus eſt.*

Iacobinus Vtinenſis, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Arimini proficiſcens legatus ad Venetos pro Gregorio Papa XII.

Lodouicus Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Philippus Anglus, Presbyter Cardin. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Matthæus Germanus, Presbyter Cardin. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Vicentinus de Arragonia tt. S. Anaſtaſiæ Presbyter Cardinalis.

Frater Lucas Manzolus, Florentinus ordinis Humiliatorum, Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina, obiit Florentiæ 18. cal. Octobris, anno 1411. Pontificat. 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cadauer ibidem in eccleſia omnium Sanctorum ordinis ſui ſepultum eſt.

Angelus ciuis, & EpiſcopusRecanatenſis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, obiit Recaneti xi. cal. Iulii, anno 1412. Pontificatus 6. ibidem in cathedrali ſepultus.

*Spontanea abdicatio Gregorii Papæ XII. in concilio Conſtantienſi.*

Anno Domini 1415. Gregorius Papa XII. ſponte per procuratorem ſuum Carolum Malateſtam Domicellum, Arimini pro pacis bono, ſchiſmateque tollendo 4. nonas Iulii abſens in concilio Conſtantienſi, ob eam cauſam cōgregato, Pōtificatu abdicauit. quum etiam Ioannes XXII. dictus XXIII. pro eadem cauſa idem paulo ante feciſſet. ſederat autem ab electione ſua ad eam diem annos 8. menſes 7. & dies 5. quamobrem ex ſynodi decreto creatus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus, collegiique Cardinalium Decanus, & Piceni perpetuus legatus.

Cardinales quoque omnes ab ipſo creati, qui tunc viuebant, & vſque ad eam diem pro Cardinalibus non fuerant habiti, ex eiuſdem concilii ſententia in ceterorum collegium adſcripti ſunt. fuerunt autem hi ſex,

Domnus Antonius Corarius Venetus in ſua obedientia S. R. E. Camerarius, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis & S. Rufinæ.

Frater Ioannes Dominici, Florentinus, ord. prædicatorū, Presbyter Card. tt. S. Xyſti.

Domnus Gabriel Condulmerius, Venetus, Presbyt. Card. tt. S. Clementis.

Angelus Barbadicus, Venetus, Presbyter Cardin. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Bandellus de Bandellis, Lucenſis, Tuſcus, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ.

Petrus Maurocenus, Venetus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ.

Obiu-

*Obitus Angeli Corarii olim Gregorii Papæ XII.*

Anno Domini 1407. paulo ante creationem Papæ Martini Angelus Corarius, Venetus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, collegii Decanus, & perpetuus Marchiæ Anconitanæ Legatus, olim Gregorius Papa XII. vocatus Recaneti in Piceno in legatione ſua prope nonagenarius mortuus eſt. eius cadauer ibidem in eccleſia cathedrali ſepultum fuit.

## Alexander V. Pontifex CCVII.

ANNO CHRISTI MCCCCIX.

ALexander Papa V. frater Petrus Philareti antea vocatus, natione Græcus, prouincia, & patria Cretenſis, ordinis fratrum minorum, & ſacræ Theologiæ Doctor eximius, primo fuit Epiſcopus Vicentinus, poſt Nouarienſis, & Patriarcha Gradenſis, deinde Archiepiſcopus Mediolanenſis, demum Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum ab Innocentio Papa VII. creatus, qui priuatis nonis Iuniis in concilio Piſano ab vtriuſque obedientiæ Cardinalibus numero 23. ex Synodi ſententia Gregorio XII. & Benedicto XV. in vtriuſq; locum in eodem concilio, omnium Cardinalium vtriuſque obedientiæ, qui ſynodo interfuerunt, ſuffragiis viceſimo vacantis ſedis die, videlicet 6. cal. Iulii, Pontifex Maximus renunciatus, nonis Iulii ſuæ coronationis inſignia in eccleſia cathedrali Piſana ſuſcepit.

Sedit in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Ruperto Auguſto, menſ. 10. & dies 8.

*Cardinales XXVI. vtriuſque obedientiæ viuentes quando Alexander Papa V. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*
*Greg. XI. & Clem. VII.*

Guido de Maloſicco Pictauenſis, Epiſcopus Cardin. Præneſtinus Decanus.

*Bonifacius Papa* IX.

Henricus Minutolus, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

*Clemens Papa VII.*

Nicolaus Brancatius, Epiſcopus Card. Albanus.

*Bonifac. IX. & Innocent. VII.*

Antonius Caietanus, Epiſcopus Cardinalis Præneſtinu maior Pœnitentiarius.

*Clem.* VII. *& Benedict.* XI.

Ioannes de Bronhiaco, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Ve liternus, S. R. E. Vicecancellarius.

Petrus Gerardi de Podio, Epiſcopus Cardin. Tuſculanu maior Pœnitentiarius.

*Presbyteri Cardinales X.*

*Clemens Papa* VII.

Petrus de Tureyo tt. S. Suſannæ, S. R. E. Archipresbyte

* Ioannes Flandrini SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammach

*Vrban.* VI. *& Bonifac.* IX.

Frater Angelus S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.

*Clemens Papa* VII.

Petrus Fernandi Frias tt. S. Praxedis, dictus de Hiſpania

*Innocentius Papa* VII.

Conradus tt. S. Chryſogoni, S.R.E. Camerarius.

Franciſcus tt. SS. quatuor Coronatorum.

Iordanus SS. Sylueſtri, & Martini, tt. Equitii.

Ioannes tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Frater Petrus Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Antonius Caluus tt. S. Praxedis.

*Diaconi Cardinales X.*

*Vrbanus Papa* VI.

* Lodouicus de Fliſco S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

*Clemens Papa VII.*

Amadeus Marchio Salluciarum S. Mariæ nouæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vrbanus Papa VI.*

Rainaldus SS. Viti, & Modeſtæ in martyrum macello.

*Vrbanus VI. & Bonif. IX.*

Landulphus Maramaurus S. Nicolai in carcere Tulliano.

*Benedictus Papa XI.*

Petrus Serra Diac. Cardinalis S. Angeli, dictus Senior.
Ludouicus de Barro S. Agathæ.

*Bonifacius Papa IX.*

Balthaſſar Coſſa Diac. Card. S. Euſtachii.

*Innocent. Papa VII.*

Otho de Columna S. Georgii in Velabro.
Petrus Hannibaldus S. Angeli, dictus Iunior.

*Benedictus Papa XI.*

Antonius de Calancho S. Mariæ in via lata.

*Papa Alexander V. nullos Cardinales creauit.*

Sed tantum quibuſdam Epiſcopatus, titulos, & Diaconias mutauit: nam ob ſchiſma contigerat, vt plerumq; duo eſſent in eodem ſacerdotio titulares. hinc mutandorum titulorum in Romana eccleſia mala conſuetudo manauit, quod ad hanc vſque diem inauditum fuerat,

Henricus Minotolus, ex Tuſculano factus eſt Epiſcopus Cardin. Sabinus.
Antonius Caietanus, ex Præneſtino factus eſt Epiſcopus Cardin. Portuenſis, & S. Rufinæ.
Antonius Caluus, ex Presbytero tt. S. Praxedis factus eſt Presbyter Card. tt. S. Marci.
Petrus Hannibaldus, ex Diacono S. Angeli factus eſt Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani.
Iordanus Vrſinus, ex Presbytero tt. Equitii factus eſt Presbyter Card. tt. Damaſi.
Lodouicus de Barro, ex Diac. S. Agathæ Benedicti XI. factus eſt Presbyt. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Petrus Hannibaldus, ex Diacono SS Coſmæ, & Damiani mortuo Petro Serra Hiſpano, iterum factus eſt Diac. Cardin. S. Angeli.

Factæ ſunt hæ mutationes Anno Domini 1409. Pontificatus I.

Ioannes de Bronhiaco, Gallus, Epiſcopus Cardin. Oſtienſis, & Veliternus, S.R.E. Vicecancellarius ſub Alexandro Papa V.

Anno Domini 1409. Pontificat. primo, pridie Idus Decembris, Petrus Serra Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli, cognomento ſenior, obiit in Hiſpania, ibique ſepultus eſt.

### *Obitus Alexandri Papæ* V.

Anno Domini 1410. 5. Nonas Maii Bononiæ obiit Papa Alexander V. hora noctis V. cadauer eius ibidem ad eccleſiam fratrum minorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies XI.

Eodem anno 4. Nonas Maii Nouendialia Alexandri Papæ 5. à Cardinalibus Bononiæ celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno pridie Idus Maii, finitis exequiis, & miſſa Spiritus ſancti ab Epiſcopo Card. Tuſculano cantata, Cardinales XVII. qui tunc Bononiæ aderant, conclaue ingreſſi ſunt pro electione noui Pontificis, qui altero poſt ingreſſum die, videlicet 16. Cal. Iunii, elegerunt in Papam Balthaſſarem Coſſam Neapolitanum, Diaconum Cardinalem S. Euſtachii, & Bononiæ legatum, qui Ioan. XXIII. Papa appellatus eſt.

## Ioannes XXII. Dictus XXIII. Pontifex CCVIII.

### ANNO CHRISTI MCCCCX.

IOannes Papa XXII. Dictus XXIII. Balthaſſar antea vocatus, Neapoli mediocri familia, quæ Coſſa dicebatur, ortus eſt; quem ex Protonotario, & Cubiculario Apoſtolico Bonifacius Papa IX. Diaconum Cardinalem S. Euſtachii, Bononiæque Legatum creauit. hic mortuo Bononiæ P-

Papa Alexandro V. in eius locum à Cardinalib. 16. Cal. Iunii Pontifex Maximus renunciatus, ibidem 8. Cal. Iunii coronatus eſt.

Sedit in Apoſtolica ſede Impp. Cæſaribus Ruperto, & Sigiſmundo Augg. annos 5. & dies 15.

*Cardinales XXIIII. viui quando Ioannes Papa XXII. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Gregor.* XI. *& Clem.* VII.

* Guido de Maloſicco Epiſc. Card. Præneſtinus Decanus.

*Bonifacius IX. & Alex.* V.

Henricus Minutolus, Epiſc. Card. Sabinus.

*Clemens Papa VII.*

Nicolaus Brancatius, Epiſc. Card. Albanus.

*Bonif.* IX. *Innoc.* VII *& Alex.* V.

* Antonius, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, maior Pœnitentiarius.

*Clemens VII. & Bened. XI.*

Ioannes de Bronhiaco, Epiſc. Card. Oſtienſis, S.R.E. Vicecancellarius.

Petrus Gerardi de Podio, Epiſc. Card. Tuſculanus.

*Presbyteri Cardinales X.*

*Clemens Papa* VII.

*Petrus de Tureyo, tt. S. Suſannæ, S.R.E. Archipresbyter.

*Ioannes Flandrini, SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

*Vrbanus VI. & Bonif. IX.*

Frater Angelus S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

*Clemens Papa* VII.

Petrus, Fernandi, Frias, tt. S. Praxedis, dictus de Hiſpania.

*Innoc.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Innocentius Papa VII.*

Conradus Caractiolus, tt. S. Chryſogoni, S. R. E. Camerarius.
Franciſcus Huguccionius, tt. SS. IV. Coronatorum.
Iordanus Vrſinus, tt. S. Laurentii in Damaſo.
Ioannes Melioratus, tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Antonius Caluus, tt. S. Marci.

* *Benedict. XI. & Alex. V.*

* Ludouicus de Barro, Presbyter Card. Baſilicæ SS. Apoſtolorum.

*Diaconi Cardinales VIII.*

*Vrbanus Papa VI.*

* Ludouicus de Fliſco, S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

*Clemens Papa VII.*

* Amadeus Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

*Vrbanus Papa VI.*

Rainaldus, SS. Viti, & Modeſtæ in martyrum macello.

*Vrban. VI. & Bonifac. IX.*

Landulphus, S. Nicolai in carcere Tulliano.

*Bonifacius Papa IX.*

Balthaſſar Coſſa, Diac. Card. S. Euſtachii.

*Innocentius Papa VII.*

Otho Columna, S. Georgii in Velabro.
Petrus Hannibaldus, Diac. Card. S. Angeli.

*Benedictus Papa XI.*

Antonius de Calancho S. Mariæ in via lata.

*Prima creatio XIV. Cardinalium.*

Anno Domini 1411. Pontificat. II. 8. Idus Iunii, Romæ Ioannes Papa XXII. primo creauit XIV. Cardinales, qui fuere

Fr.

Franciſcus Landus, Venetus, V. I. Doctor ex Patriarcha Gradenſi, Conſtantinopolitanus, Presbyt. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Antonius Pancerinus, de Portugruario, Foroiulienſis, Patriarcha Aquileienſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Suſannæ.

Alamanus Adimarius, Florentinus, ex Archiepiſcopo Tarentino Piſanus, Presbyt. Card. tt. S. Euſebii, abſens nūcius ad regem Francorum.

Ioannes Luſitanus, Hiſpanus, ex Epiſcopo Coimbrienſi Archiepiſcopus Vlixponenſis, Presbyter Card. S. Petri ad vincula, tt. Eudoxiæ.

Petrus de Alliaco, Gallus, Doctor Pariſienſis, Epiſcopus Cameracenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Chryſogoni.

Georgius Germanus, Epiſcopus Tridentinus, Presbyter Card.

Thomas eius ſororis filius, Neapolitanus, Epiſcop. Tricaricenſis, Presbyt. Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Branda Caſtellio, Mediolanenſis, Epiſcopus Placentinus, Auditor Rotæ, Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis.

Thomas Anglus, Epiſcopus Dunelmenſis, Presbyt. Card.

Robertus Anglus, Epiſcopus Saresbirienſis, Presbyt. Cardinalis.

Egidius de Campis, Gallus, Theologus, & confeſſor regis Francorum, Epiſcopus Conſtantienſis, Presbyter Cardinalis.

Lucidus de Comitibus, Romanus, Protonotarius Apoſtolicus Diaconus Cardin. S. Mariæ in Coſmedin.

Franciſcus Zabarella, Patauinus, V. I. Doctor, electus Epiſcopus Florētinus, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani.

Guillelmus Philaſterii Cœnomanenſis, Gallus, Decanus Remenſis, Diaconus Card. poſt Presbyter Card. tt. S. Marci.

*Secunda creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1413. Pontific. III. 18. Cal. Maii Romæ Papa Ioannes creauit Cardinalem vnum; is fuit

Simon Cramado, Gallus, Archiepiſcopus Remenſis, Patriarcha Alexandrinus, Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

*Tertia vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1414. Pontific. IV. 12. Calend. Octobris Bononiæ, Ioannes Papa creauit Cardinalem vnum; qui fuit

Iacobus Inſulanus, Bononienſis, Miles, & V. I. D. Diaconus Card. S. Euſtachii.

*Epiſcopi Cardinales IV. creati à Ioanne Papa XXII.*

F. Angelus de Anna, ex Presbytero tt. Paſtoris, Bonifacii IX. Epiſcopus Cardin. Præneſtinus.

Petrus Frias ex Presbytero tt. S. Praxedis, Clementis VII. Epiſcopus Card. Sabinus.

Iordanus Vrſinus, ex Presbytero tt. Damaſi, Innocentii VII. Epiſcopus Card. Albanus.

Lodouicus de Barro, ex Presbytero Apoſtolorum, Alexandri V. Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, tt. S. Rufinæ.

Antonius de Calancho, ex Diacono S. Mariæ in via lata Benedicti XI. Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Ioannes Papa XXII. dictus XXIII. tribus ordinationibus menſibus Aprili, Iunio, & Septembri factis, XVI. nouos creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos IV. ex antiquis Presbyteris, Presbyteros XIV. in his vnum ex antiquis Diaconis, & Diaconos III.

Ioannes de Bronhiaco, Gallus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, S. R. E. Vicecancellarius ſub Ioanne Papa XXII.

*Cardinales XI. mortui ſub Ioanne Papa XXII.*

Ioannes Melioratus, Sulmonenſis, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem, obiit Rauennæ Cal. Nouembr. anno 1410. Pontificatus 1. ibiq; ſepultus.

Conradus Caracciolus, Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni, & Camerarius S. R. E. obiit Bononię 15. Calend. Martii, anno 1411. Pontific. 1.

Antonius Caluus, Romanus, Presbyter Card. tt. S. Marci Archipresbyter S. Petri, obiit Romæ 6. Nonas Octobris, Anno 1411. Pontificatus 2. ſepultus ad S. Petrum.

Antonius Caietanus, Romanus, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, ac S. R. E. maior Pœnitentiarius, obiit Romæ 4. Idus Ianuarii anno 1412. Pontificat. 2. ſepultus ad S. Mariam ſuper Mineruam.

Henricus Minutolus, Neapolitanus, Epiſcopus Card. Sabinus, Bononiæ Legatus, obiit Romæ 15. Cal. Iulii, anno 1412. Pontific. 3. cadauer Neapolim translatum in eccleſia cathedrali ſepultum eſt.

Nicolaus Brancatius, Auinionenſis, Gallus, Epiſcopus Bononienſis, & Epiſcopus Cardinal. Albanus, obiit Florentiæ apud S. Antonium, 3. Calend. Iulii Anno 1412. cadauer ibidem ad S. Mariam Nouellam ſepultum eſt.

Franciſcus Huguccionius, Vrbinas, Presbyter Cardinalis tt. SS. quatuor Coronatorum, obiit Florentiæ 19. Calend. Septembris, Anno 1412. Pontificatus 3. cadauer Romam portatum in eccleſia S. Mariæ nouæ ſepultum eſt.

Guido de Maloſicco, Pictauenſis, Gallus, Epiſc. Card. Prçneſtinus, & Decanus, obiit in Galliis menſe Auguſto, Anno Domini 1412.

Petrus de Tureyo, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ, obiit in legatione Gallica, menſe Septembri, anno Domini 1411.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannes Luſitanus, Hiſpanus, Presbyter Card. tt. Eude-
xiæ, obiit in Hiſpania apud Villam Bruges, 10. Cal. Fe.
reuertens ex vrbe in patriam anno 1413.

Petrus Gerardi de Podio, Lemouicenſis, Gallus, Epiſco
Cardin. Tuſculanus S R. E. maior Pœnitentiarius, o
Auinione, anno 1415. Pontificatus V. ſepultus in cat
drali Auinionenſi.

Georgii Epiſcopi Tridentini, Presbyteri Card. Germa
Thomæ Angli, Epiſcopi Dunelmenſis, Presbyteri C
Roberti Angli, Epiſcopi Sareſbirienſis, Presbyteri Ca
nalis, & Egidii de Campis, Galli, Epiſcopi Conſtan
ſis, Presbyteri Cardinalis geſta, & exitus, quod nun
Romanam curiam adierint, incerti, & obſcuri omn
ſunt. ſatis tamen conſtat, eos ante Papę Martini elect
nem mortuos fuiſſe.

*Conciliũ Generale Conſtantienſe in quo priuato Ioanne XX*
*Gregorio XII. abdicante & Benedicto XI. damnato ſch*
*ſublatum eſt, creato in eodem concilio Martino Papa II*

Quum per Gregorii XII. & Benedicti XI. in cõcili
ſano priuationẽ, alteriuſq; ſubrogationem, peſſimum
ſma non ſublatũ, ſed magis auctum eſſe videretur, tri
exiſtentib. qui ſe veros Pontifices eſſe affirmarent, Ioa
XXII. Romæ, Gregorio XII. Arimini, & Benedicto X
Hiſpaniæ; nõ ſine diuino numine actum eſt per Sigiſm
dum Imperatorem, qui per id tempus rex Romanu
creatus fuerat, vt à Ioanne XXII. Papa concilium gen
le conuocaretur, in quo totius Chriſtianæ Reipublic
luti conſuli poſſet, & peſſimum ſchiſma omnino tol
annes Papa Imperatori obtemperauit, quod credeb
teruentu, & auctoritate Concilii Generalis Petru
Luna, & Angelum Corarium Pontificatibus ſuis ceſſ
ſeque vnum in Barionæ ſede confirmandum fore. de
ſilio igitur Cardinalium Conſtantiæ, quæ vrbs eſt
guntinæ diœceſis in Germania, 5. Idus Decem
laude in Lombardia vbi cum Imperatore Sigi
do

do conuenerat anno 1413. Concilium generale celebrandum indixit, & conuocauit, omnibus Chriſtiani orbis prælatis accerſitis, anno Pontificatus ſui 4. indictione 7. ad quod anno ſequenti 1414. menſe Nouembris cum Cardinalibus perſonaliter acceſſit Angelus quoque Corarius, qui adhuc ſe pro Pontifice gerebat, Imperatoris precibus flexus; Concilium ipſum à Ioanne indictum ſua auctoritate firmauit, quumque ipſe iam ſenio grauis ad illud accedere non poſſet, Arimini ſubſiſtens, legatos ſuos miſit fratrem Ioannem Dominici Florentinum, Preſbyterum Cardinalem tt. S. Xyſti, obedientiæ ſuæ, & Carolum Malateſtam Domicellum Ariminenſem, cum maxima auctoritate approbandi Concilium ipſum, renunciandiq; Pontificatum nomine ſuo, ſi idem tamen Ioannes XXII. & Petrus de Luna faceret.

Petrus verò de Luna, vt idem faceret, ab Imperatore quæſitus, omninò renuit, aſſerens, Conſtantiam idoneum locum non eſſe; nec tutum ad Concilium generale celebrandum. quo non obſtante anno Domini 1414. Pontificatus Papæ Ioannis V. Angeli Corarii IX. & Petri de Luna XXI. Nonis Nouembris, indictionis 8. cantata Miſſa Spiritus Sancti à Ioanne Papa XXII. inchoatum eſt Concilium Generale Conſtantienſe, & die Veneris 16. Cal. Decembris eiuſdem anni, prima Seſſio celebrata eſt, Ioanne Papa Præſidente.

Habita prima Seſſione, Patres conſiderantes difficultatem, quę maxima erat in ſpontaneis ceſſionibus Papatuum Gregorii, & Benedicti, niſi idem faceret, & Ioannes Papa, aliter enim fieri nō poſſe exiſtimabant, vt omninò ſchiſma tolli poſſet, vt hoc ipſum faceret, illum requiſierunt. quod quū Ioannes Papa facere recuſaſſet, & mutato habitu clam à Concilio aufugiſſet, ex fuga retractus, honeſto carceri mancipatus eſt, eiq; ex totius ſynodi ſentētia, in XII. ſeſſione, cum ob fugā, tum ob alia crimina, de quib. accuſatus & conuictus fuerat, tum etiam ad concordiam ſublato ſchiſmate, & vnionem in Eccleſia Dei faciendam 4. Cal. Iunii,

anni Domini 1415. Pontificatus abrogatus eſt. quæ om contra ſe acta, & geſta, ipſe probauit, & firmauit, Papali ſe exuens veſtimentis pridie Nonas Iunii eius anni, qui ad eam diem ab initio ſuę creationis ſediſſet annos 5. & d 15. poſt cuius abdicationem, dum Cõcilium ceſſionem P patus à Gregorio XII. primo quæ facilis fuit, mox à Bene dicto XI. quod vt faceret nulla vnquam ratione adduci p tuit, quærendo, tempus terit. Apoſtolica ſedes vacauit a nos duos, menſes 5. & dies 10. videlicet vſque ad Papæ Ma tini creationem.

Joannes autem priuatus datus eſt à Concilio in cuſto diam Lodouico Bauariæ Duci, & Comiti Palatino Rhe timebant enim ne iterum aufugiens Eccleſiæ pacem tu baret, qui Dux Ioannem ipſum in ſua fide ſuſcipiens in mu nitiſſima arce Gothlebes ipſum cum fida cuſtodia reclu vbi prope quadriennium permanſit, ſine alicuius Italici ho minis ſocietate.

Anno Chriſti 1419. Balthaſſar Coſſa olim Ioannes Pap XXII. triginta Ducatorum millibus è carcere ſe redem liberq; factus, recta Florentiam verſus venit, vbi Martinu Papa cum curia reſidebat, vrbemq; ingreſſus eſt in vigi Corporis Chriſti, & ad pedes Martini procumbens, eu vt verum Chriſti Vicarium veneratus eſt. quamobrem eo dem anno 9. Cal. Iulii Florentiæ ab eodem Pontifice Ma tino Card. Epiſc. Tuſculan. & Collegii Cardinalium Dec nus creatus eſt. obiit autem eodem anno 1419. Florentiæ Cal. Ianuarii, quum poſt abrogationem Pontificatus vi xiſſet annos 4. menſes 6. & dies 24.

*Cardinales III. mortui poſt abrogationem Joannis Papæ & ante electionem Martini.*

Bandellus de Bandellis, Lucenſis, Tuſcus, Preſbyt. Card S. Balbinæ, obiit anno 1415. tempore Concilii genera Conſtantienſis.

Landulphus Maramaurus, Neapolitanus Diac. Cardin S. Nicolai in carcere Tulliano, obiit Conſtantiæ 17. C

Nouem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nouembris, anno 1415. ſepultus ad Prædicatores ibidem.

Franciſcus Zabarella Patauinus V.I. Doctor, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani, obiit Conſtantiæ in Concilio generali 6. Cal. Octobr. anno 1417. Cadauer Patauium translatum ibidem in Eccleſia Cathedrali ſepultum eſt.

*Proſecutio Synodus generalis Conſtantienſis.*

Anno Domini 1415. 4. Cal. Iunii, priuato Ioanne Papa, eiusq; priuationis ſententia pridie Cal. Iunii à ſe confirmata, actum eſt ab Imp. Sigiſmundo, vt & Gregorius XII. Concilium à ſe iam pridem auctoritate ſua conuocatum denuò firmaret, omnesq; obedientiæ ſuæ prælatos mitteret, atque omnia faceret: quæ quum Pontifex Romanus factus fuit, promiſit, iurauit, ac vouit. quæ omnia ab eo peracta ſunt: nam quum prius duos tantum legatos miſiſſet cum plena auctoritate tamen firmandi Concilium, & renunciandi Pontificatum, tunc eo miſit omnes ſuos Cardinales vno excepto, quem apud ſe detinuit, & reliquos omnes Prælatos, vt Concilio cum cæteris intereſſent.

Eodem autem anno 4. Nonas Iulii in XIV. Concilii Seſſione, Carolus Malateſta regulus Auinionenſis, Gregorii XII nomine Pontificatum depoſuit, & omnibus, quas in Papatu habebat, rationibus pro tollendo ſchiſmate ſponte ceſſit. quapropter à Concilio laudatus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus renunciatus eſt, Collegiiq; Cardinalium Decanus, atque agri Piceni perpetuus legatus, & omnia quæ in ſuo Pontificatu geſſit probata, & confirmata ſunt. Cardinales quoque ſex tum viuentes qui ab eo creati fuerant in cæterorum Collegium cooptati ſunt, locaque cum cæteris eis aſſignata fuerunt: qui omnes excepto Petro Mauroceno, qui apud eum remanſerat, ad Concilium acceſſerunt, omnesque excepto Cardinale Bandello, qui paulò poſt obiit, creationi Papæ Martini III. interfuerunt. Gregorius quoq; audita renunciatione nomine ſuo facta, Papalia ornamenta Cardinalis habitu aſſumpto depoſuit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duabus obedientiis vnitis reſtabat tertia obedientia [...] ducenda, vel amputanda Benedicti videlicet XI. qui qu[...] nunquam adduci potuiſſet, vt Pontificatum deponer[...] oppido munitiſſimo Paniſchola in Arragonia ſe conti[...] bat. quo non obſtante, ex totius Synodi ſententia, pro[...] contra eum formatus eſt, & tandem vt pertinax, hæreſi[...] cha periurus, & inobediens Eccleſiæ Dei, ei in publi[...] XXVII. Seſſione VII Cal. Auguſti, anno Domini [...] Pontificatus abrogatus eſt, ipſeque diris deuotus. quo [...] cto, omnes prælati, qui ad eam diem apud eum remanſ[...] rant, cum Cardinale fratre Petro de Fuſſo, qui ab eod[...] poſt Concilium Piſanum cum aliis XI. creatus fuerat, [...] relicto ad Concilium acceſſere. conſtabat autem Synod[...] Generalis Conſtantienſis ex quinq; nationum orbis Chri[...] ſtiani Prælatis, videlicet Italica, Gallica, Germanica, Hiſpa[...] na, & Anglica, quorum ſuffragiis omnia maxima cum di[...] gentia tranſigebantur Concilii generalis acta.

His geſtis ſancta Synodus de conſenſu omnium S. R. E. Cardinalium decreuit, vt ad noui Pontificis electione[...] hac ratione procederetur, vt videlicet cum ipſis Cardina[...] bus quælibet natio ſex viros idoneos, & religioſos elige[...] qui pro hac vice tantum Romani Pontificis electioni [...] tereſſent, & vna cum ipſis Cardinalibus, qui ad Concili[...] venerant, cõclaue intrarent, cum auctoritate eligendi Ro[...] manum Pontificem, & is qui à duabus partibus Cardina[...] lium, & à duabus partib. eiuſmodi hominum electus eſſ[...] verus, & legitimus Pontifex haberetur, & ab omnibus [...] neretur. quæ omnia facta ſunt, trigintaque viri ex omni[...] nationibus à Concilio lecti, qui omnes ſacris initiati era[...] quapropter eodem anno, videlicet 1417. 6. Idus Nouem[...] celebrata ſeſſione XLI. hora tertia poſt meridiem XXII[...] Cardinales Concilio præſentes & XXX alii electores c[...] claue ingreſſi ſunt, paratum in palatio Epiſcopali Conſta[...] tienſi; qui quarta die poſt ingreſſum conclauis, videlicet [...] Idus Nouembris, omnium ſuffragiis, inuocata Spiri[...] Sancti gratia, elegerunt in Romanum Pontificem, & C[...]

tholicæ Eccleſiæ Epiſcopum Othonem de Columna nobilem Romanum, Diaconum Cardinalem S. Georgii in Velabro, qui Martinus Papa V. ideo appellatus eſt, quod eius electio die feſto S. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris celebrata ſit.

## Martinus III. dictus V. Pont. CCIX.

### ANNO CHRISTI MCCCCXVII.

MArtinus Papa III. dictus V. Otho antea vocatus, Romæ ſummo loco natus, patre Agapito ex familia Columnenſi ortus eſt. hic quum iuris Pontificii peritus eſſet, primò referendarius fuit Vrbani Papæ VI. eum poſtea Innocentius VII. Diaconum Cardinalem S. Georgii in Velabro creauit; qui in Concilio generali Conſtantienſi, ſublato ſchiſmate XXII. Cardinalium, & XXX. electorum ſuffragiis, in die S. Martini Epiſcopi Pontif. Maximus renunciatus x i. Cal Decemb. coronatus eſt.

Sedit verò in Apoſtolica ſede, Imp. Cæſare Sigiſmundo Auguſto, annos 13. menſes 3. & dies 12.

*Cardinales XXVII. viui, quando Martinus Papa III. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Clemens VII. & Benedictus XI.*

Ioannes de Bronhiaco, Epiſcop. Card. Oſtienſis, Decanus, S.R.E. Vicecancellarius.

*Vrbanus VI. Bonif. IX. & Ioannes XXII.*

Fr. Angelus de Anna, Epiſcop. Card. Prænestinus.

*Clemens VII. & Ioannes XXII.*

* Petrus Fernandi Frias, Epiſcop. Card. Sabinus, dictus de Hiſpania.

*Innocentius VII. & Ioannes XXII.*

Iordanus Vrſinus, Epiſc. Card. Albanus, maior Pœnitentiarius.

*Ben. XI. Alex. V. & Ioan. XXII.*

Lodouicus de Barro, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Ruſinæ.

*Gregorius Papa XII.*

Antonius Corarius Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Ruſinæ.

*Preſbyteri Cardinales XIII.*

*Ioannes Papa XXII.*

Franciſcus Landus tt. S. Crucis in Hieruſalem, S.R.E. Archipreſbyter.

*Gregorius Papa XII.*

Fr. Ioannes Dominici tt. S. Xyſti.

*Ioannes Papa XXII.*

Antonius Pancerinus tt. S. Suſannæ.
Alamanus Adimarius tt. S. Euſebii.

*Gregorius Papa XII.*

Gabriel Condulmerius tt. S. Clementis.

*Ioannes Papa XXII.*

Petrus de Aliaco tt. S. Chryſogoni.
Thomas SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii.
Branda Caſtellio tt. S. Clementis.

*Gregorius Papa XII.*

Angelus Barbadicus tt. S. Marcellini, & Petri.

*Ioannes Papa XXII.*

Guillelmus Philaſterii tt. S. Marci.
Simon Cramado tt. S. Laurentii in Lucina.

*Benedictus XI. & Ioan. XXII.*

Antonius de Calancho tt. S. Cæciliæ.

*Benedictus Papa XI.*

Fr. Petrus de Fuxo tt. S. Stephani in Cœlio monte.

*Diaconi Cardinales VIII.*

*Vrbanus Papa VI.*

Lodouicus de Fliſco S. Hadriani, S.R.E. Archidiaconus.

*Clemens Papa VII.*

Amadeus S. Mariæ nouæ.

*Vrbanus Papa VI.*

Rainaldus Brancatius SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.

*Innocentius Papa VII.*

Otho Columna S. Georgii in Velabro.
* Petrus Hannibaldus de Stephaneſcis S. Angeli.

*Ioannes Papa XXII.*

Lucidus de Comitibus S. Mariæ in Coſmedin.
* Iacobus Inſulanus S. Euſtachii.

*Gregorius Papa XII*

* Petrus Maurocenus S. Mariæ in Domnica.

Cardinales Benedicti XI. ideo non adpoſui, quod hi tunc pro Cardinalibus non habebantur.

*Electores XXX. qui ex ſingulis nationibus lecti Martinum Papam III. cum Cardinalibus crearunt.*

*Electores VI. nationis Italicæ.*

Bartholomæus Archiepiſcop. Mediolanenſis.
Franciſcus Epiſcop. Melphitenſis.
Henricus Epiſcop. Feltrenſis.
Iacobus electus Epiſcop. Pennenſis.
Fr. Leonardus Magiſter Generalis Ord. Prædicatorum.
Pandulphus Malateſta Archidiac. Bononienſis.

*Electores VI. nationis Gallicæ.*

Guillelmus Archiepiſcop. Bituricenſis.
Iacobus Archiepiſcop. Turonenſis.
Ioannes Epiſc. Gebennenſis.
Fr. Robertus Abbas Cluniacenſis.
Gualterus Graſſi Prior Rhodus.
Lambertus de Stiptite, Prior Berchenyo.

*Electores VI. nationis Germanicæ.*

Ioannes Patriarcha Conſtantinopolitanus.
Ioannes Archiepiſcopus Rigenſis.
Nicolaus Archiepiſcopus Guiſnenſis.
Simon Epiſcopus Traguríenſis.
Nicolaus de Dincheſpuël Magiſter in Theologia.
Conradus de Suſato ſacræ Theologiæ Doctor.

*Electores VI. nationis Hiſpanicæ.*

Didacus Epiſcopus Conchenſis.
Ioannes Epiſcopus Pacenſis.
Nicolaus Epiſcopus Aquenſis.
Philippus de Madalia Archidiaconus Barchinonenſis.
Gundiſſaluus Garziæ Archidiaconus de Biruieſcha.
Velaſcus Petri vtriuſque iuris Doctor.

*Electores VI. nationis Anglicæ.*

Ricardus Epiſcop. Londonienſis.
Nicolaus Epiſcopus Bathonienſis.
Ioannes Epiſcopus Lichfeldenſis.
Ioannes Epiſcopus Noruicenſis.
Fr. Thomas Abbas S. Mariæ Eboraci.
Thomas Protonotarius Apoſtolicus, Decanus Ebora-cenſis.

*Finis Concilii Conſtantienſis.*

Anno Domini 1418. 12. Cal. Maii, ex totius Concilii de-creto, Pontificisque Martini auctoritate, finitum eſt Con-cilium Conſtantienſe, quum annos 3. menſes 5. & dies [illegible] perduraſſet, & in ſequens triennium aliud Concilium ge-nerale indictum eſt, in quo de Eccleſiæ reformatione a-gendum eſſet. ſicq; Martinus Papa, Conſtantia diſcedens, Florentiam venit, vbi quum per biennium ferè manſiſſet, Romam profectus eſt.

*Aduentus IV. Cardinalium Petri de Luna ad Curiam Rom.*

Anno Chriſti 1419. quatuor ex Cardinalibus Petri de

Lu[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Luna, qui vſque ad finem Concilii Conſtantienſis cum eo permanſerant, videntes eiuſdem Petri pertinaciam, Concilii ſententiam ſequuti, eo relicto, Florentiam, vbi tunc Curia Romana reſidebat, acceſſerunt, & die 16. Cal. Aprilis, oſculatis pedib. Papæ Martini, ab eo in cæterorum collegium conſcripti ſunt; nam vſque ad eam diem pro Cardinalibus habiti non fuerant. fuerunt autem hi

Domnus . . . Hiſpanus, Canonicus Regularis, Abbas montis Arragonum, Preſbyt. Card. tt. S. . . .

Carolus de Viries Hiſpanus, Diaconus Card. S. Georgii in Velabro.

Alphonſus Carillus, Gometii filius, Hiſpanus, Diac. Card. S. Euſtachii.

Petrus Fonſeca, Portugallenſis, Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli.

*Prima creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1419. Pontificatus 2. 9. Cal. Iulii Florentiæ Papa Martinus primo creauit Cardinalem vnum: is fuit

Balthaſſar Coſſa Neapolitanus, Ioannes quondam Papa XXII. Epiſc. Card. Tuſculanus, Collegiique Cardinalium Decanus.

*Secunda creatio XIV. Cardinalium.*

Anno Domini 1426. Pontificatus 9. 9. Calendas Iulii Romæ Papa Martinus iterum creauit Cardinales, qui fuere

Ioannes de Rupeſciſſa, Gallus, V. I. Doctor, corrector literarum Apoſtolicarum, Archiepiſcopus Rothomagenſis, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Preſbyter Cardinalis tt. S. Laurentii in Lucina, & S. R. E. Vicecancellarius.

Domnus Lodouicus Alamannus, Gallus, Canonicus Regularis, V. I. Doctor, ex Epiſcopo Maclouienſi, Archiepiſcopus Arelatenſis, Vicecamerarius, & Prolegatus Bo-

noniæ, Preſbyter Card. tt. S. Cæciliæ, & Bononiæ Leg-
tus.

Henricus filius Ducis Lancaſtriæ, regio regum Anglo-
ſanguine, & familia ortus, Anglus, Archiepiſcopus Va-
tonienſis, Preſbyt. Card. tt. S. Euſebii.

Io. Germanus, Epiſc. Olmucenſis, & Archiepiſcop. Prag-
ſis, Preſbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Antonius Caſſinus Ciuis, & Epiſcop. Senenſis, Theſau-
rius Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Preſbyt.
Card. tt. S. Marcelli.

Fr. Nicolaus Albergatus, ciuis, & Epiſcopus Bononienſ.
Ord. Carthuſianorum, Preſb. Card. tt. S. Crucis in Hie-
ruſalem.

Raimundus Mayroſius Gallus DD. Doctor, ex Epiſcop.
Tricaſtinenſi, Caſtrenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Praxedis.

Io. Ceruantes ciuis, & Archidiaconus Hiſpalenſis, ex Pro-
uincia Gallæcia DD. Doctor, ex Epiſcopo Abulenſi, Se-
gobienſis, & poſt Burgenſis, Preſbyt. Card. S. Petri ad
Vincula, tt. Eudoxiæ.

Ardicinus de la Porta, Nouarienſis, V. I. Doctor, Aduoca-
tus Conſiſtorialis, Clericus Cameræ Apoſtolicæ, & li-
terarum Apoſtolicarum corrector, Diac. Card. SS. Coſ-
mæ, & Damiani.

Hugo Luſignanus, Regis Cypri frater, Cyprius, Græcus,
electus Archiepiſc. Nicoſienſis, Diac. Card. S. Hadria-

Dominicus Ram, Hiſpanus, ex Epiſcopo Oſcenſi, Ilerden-
ſis, & poſt Archiepiſcop. Tarraconenſis, Preſbyt. Card.
tt. S. Xyſti.

Proſper Columna, eius fratris filius, Romanus, Protono-
Apoſtolicus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Dominicus Capranica Romanus, DD. Doctor, Secreta-
rius, & Protonotarius Apoſtolicus, electus Epiſcop.
Firmanus, Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

Iulianus Cæſarinus Romanus, Protonot. Apoſtolic.
Diac. Card. S. Angeli. quatuor extremi non publi-
fuerunt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Tertia creatio Cardinalium.*

Anno Chriſti 1430. Pontific. 13. 5. Idus Nouembris, Romæ Papa Martinus fecit tertiam Ordinationem, in qua duos ex quatuor ſuperiorib. publicauit Cardinales, duosq; nouos creauit; ſed non publicauit, hi fuere

Proſper Columna, Romanus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro.
Iulianus Cæſarinus Roma. Cameræ Apoſt. Auditor, S. Angeli.
} publicati.

Fr. Ioannes, Caſanoua, Arrago Hiſpanus, Ord. Prædicator. Theolog. ex Epiſcopo Bonſano, Eluenſis; Preſby. Card. tt. S. Xyſti.

Guillelmus Diuanus de Monteforti, Gallus, Protonot. Apoſtol. Epiſcop. Maclouienſis, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ. hi duo publicati non fuerunt.

*Epiſcopi Cardinales duo creati à Martino Papa III.*

Balthaſſar Coſſa, Neapolitanus, Epiſco. Card. Tuſculanus, & Decanus.

Franciſc. Landus, ex Preſbytero, tt. S. Crucis Ioannis XXII. Epiſcop. Card. Sabinus.

Iacobus Inſulanus Bononienſis, ex Diac. S. Euſtachii, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Papa Martinus III. tribus ordinationib. menſibus Iunio, & Nouembri factis XVI Cardinales nouos creauit, videlicet Epiſcopos duos, in quib. alter fuit Ioannes quondam Papa, alter verò antiquus Preſbyter Preſbyteros XI. & Diaconos V. ex quib. non niſi XII. publicauit.

*Vicecancellarii S.R.E. ſub Martino Papa III.*

Ioannes de Bronhiaco, Epiſc. Card. Oſtienſ. & Veliternus, ab anno Pontificatus primo ad 9.

Io. de Rupeſciſſa, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Lucina, ab initio anni 9. ad finem Pontificatus.

*Cardinales XXIV. mortui ſub Martino Papa III.*

Petrus Stephaneſcus, Roman. Diac. Card. S. Angeli, obiit.

Romæ pridie Cal. Nouemb. anno 1417. Pontificat. ſe-
pultus in Eccleſia S.M. Tranſtiberim.

Anglus Barbadicus, Venetus, Preſby. Card. tt. SS. Marce-
lini, & Petri, obiit Gebennis 17. Calendas Septembr.
anno 1418. Pontificatus primo, ſepultus ibidem in Ca-
thedrali.

Antonius de Calancho, Gallus, Preſbyter Card. tt. S. Cæ-
ciliæ, obiit Lauſannis, vbi erat Archiepiſcopus, 3. Non.
Septembris, eodem anno ibidem in Cathedrali ſepul-
tus.

Fr. Ioannes Dominici Ord. Prædicatorum Florentin.
Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti, obiit Budæ in legatione Hun-
garica, 4. Idus Iunii, anno 1419. Pontific. 2. Cadauer e-
dem in ſuburbio in Eccleſia Fratrum S. Pauli primi Ere-
mitæ ſepultum eſt.

Amadeus ex Marchionib. Sallutiarum, Diac. Card. S. Ma-
riæ nouæ, obiit Florentiæ 4. Cal. Iulii, an. 1419. ibi-
ſepultus.

Balthaſſar Coſſa, Neapolitanus, Epiſc. Card. Tuſculan.
obiit Florentiæ 11. Cal. Ianuarii, an. 1419. Pontific. 3. i-
dem in Baptiſterio ſepultus.

Petrus Fernandi, Frias, Hiſpan⁹, Epiſc. Card. Sabinus, ob.
Florentiæ 5. Idus Septembr. an. 1420. ibidem in Eccl.
S. Mariæ de Angelis ſepultus.

Carolus Viries, Hiſpanus, Diac. Card. S. Georgii in Ve-
bro, obiit Romæ in regione Tranſtiberim 7. Idus Octo-
bris, an. 1420. Pontific. 3.

Domnus . . . Hiſpanus, Abbas Montis Arragon.
Preſbyt. Card. obiit Romæ, menſe Nouemb. an. 14...
Pontific. 4.

Petrus Fonſecca, Portugallenſis, Hiſpanus, Diac. Car.
Angeli, obiit apud Vicouarrum 12. Cal. Septembr.
1422. Pontific. 5. ſepultus Romæ ad S. Petrum.

Alamannus Adimarius, Florentinus, Preſbyter Card.
Euſebii, obiit Tibure 14. Cal. Octobr. eodem anno ſe-
pultus Romæ ad S. Mariam Nouam.

L

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lodouicus de Fliſco, Genuenſis, Diac. Card. S. Hadriani, obiit Romæ 3. Nonas Aprilis, an. 1423. Pontific. 6. Genuam translatus auitò monumento ſepultus eſt.

Petrus Maurocenus, Venetus, Diac. Card. S. Mariæ in Domnica, obiit in Caſtro Gallicani Præneſtinæ diœceſis, 3. Idus Auguſti, an. Domini 1424. Pontific. 7. Cadauer Romam relatum ad S. Mariam Nouam ſepultum eſt.

Lodouicus de Barro, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit in Galliis anno 1425. Pontificatus 8. ibique ſepultus.

Petrus de Alliaco, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Chryſogoni, obiit an. 1425

Ioannes de Bronhiaco, Epiſc. Card. Oſtienſ. & Veliternus, ac S. R. E. Vicecancellarius, obiit Romæ menſe Februario, anni 1426. Pontific. 9.

Simon Cramado, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Lucina, obiit an. 1426.

Thomas Neapolitanus, Preſbyter Card. tt. Pammachii, obiit Romæ, an. 1427. Pontificatus 10. 6. Idus Septembris.

Rainaldus Brancatius, Neapolitanus, Archidiac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ in macello Martyrum, obiit Romæ menſe Septembri, an. 1427. Cadauer Neapolim translatum, ſepultum eſt in Eccleſia S. Angeli ad Nidum, à ſe fundata.

Raimundus Mayroſius, Preſbyt. Card. tt. S. Praxedis, obiit Romæ 12. Cal. Nouemb. anno 1427. ſepultus in titulo ſuo.

Guillelmus Philaſterii Cœnomanenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Marci, Archipreſbyter Lateranenſis, obiit Romæ 8. Idus Nouembris, anno 1428. ſepultus ad S. Chryſogonum.

Franciſcus Landus, Venetus, Epiſcop. Card. Sabinus, obiit Romæ 7. Cal. Ianuar. an. 1427. Pontific. 12. ſepultus ad S. Mariam maiorem.

Io. Germanus, Preſb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, obiit

in partibus, menſe Decembri, anno 1430. Pontific. ibiq; ſepultus.

Iacobus Inſulanus, Bononienſis, Diac. Card. S. Mariæ Nouæ, obiit Mediolani 11. Cal. Martii, anno 1431. Pontif. 14. ſepultus in Eccleſia prioratus S. Mariæ de Calunno prope Mediolanum.

*Obitus Martini Papæ III.*

Anno Dom. 1431. Pontific. 14. 10. Cal. Martii, Romæ in Palatio obiit Papa Martinus III. dictus V. Cadauer Laterani ſepultum. Vacauit ſedes dies 10.

Eodem anno die obitus Papæ Martini Nouendialia ei celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno Cal. Martii, Spiritus Sancti Miſſa ab Epiſcopo Albano cantata, Cardinales XIV. qui tunc in vrbe erant, conclaue ingreſſi ſunt, paratum in ſacrario S. Mariæ ſuper Mineruam Ord. Prædicatorum, vbi altero die, videlicet 5. Nonas Martii elegerunt in Romanum Pontificem D. Gabrielem Condulmerium Venetum, Preſbyterum Cardinalem tt. S. Clementis qui Eugenius Papa IV. appellatus eſt.

## Eugenius IV. Pontifex CCX.

ANNO CHRISTI MCCCCXXXI.

EVgenius Papa IV. Domnus Gabriel antea vocatus, Venetiis familia Condulmeria populari ortus Gregorii Papæ XII. ſororis filius fuit. fuerat autem ante dignitates eccleſiaſticas Canonicus (vt vocant) ſecularis Cæleſtini habitus, congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum: auunculo verò in Pontificem Maximum renunciato, in Romanam curiam euocatus, ab eo primo Protonotarius Apoſtolicus, Theſaurarius ſuus, mox electus Epiſc. Senenſis, & S. Mariæ nouæ Diac. Card. demum tt. S. Clementis Preſbyter creatus eſt; qui nonniſi in Concil. Cõſtantienſi, quando Gregorius Papa XII. Pontificatu abdicauit, pro Cardinali haberi cœptus eſt; ſub Martino autem Papa III. Agrippiceni legatum egit. quo mortuo 5. Nonas Martii

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

anni 1431. omnium Cardinalium in conclaui exiſtentium ſuffragiis Pont. Max. renunciatus 5. Idus Martii apud Baſilicam S. Petri ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Impp. Cæſarib. Sigiſmundo, Alberto, & Friderico III. Augg. an. 15. m. 11. dieſq; 21.

*Cardinales XIX. viui, quando Eugenius Papa IIII. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales III.*

*Vrbanus VI. Bonif. IX. & Ioan. XXII.*

* Fr. Angelus de Anna, Epiſc. Card. Præneſtin. Decanus.

*Innocentius VII. & Ioan. XXII.*

Iordanus Vrſinus, Epiſc. Card. Albanus, maior Pœnitentiarius.

*Gregorius Papa XII.*

Antonius Corarius, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

*Preſbyteri Cardinales X.*

*Ioannes Papa XXII.*

Antonius Pancerinus, tt. S. Suſannæ, S.R.E. Archipreſbyter.

*Gregorius Papa XII.*

Domnus Gabriel Condulmerius, tt. S. Clementis.

*Ioannes Papa XXII.*

Branda Caſtellio, Preſbyt. Card. tt. S. Clementis.

*Benedictus Papa XI.*

* Fr. Petrus de Fuxo, tt. S. Stephani in Cœlio monte.

*Martinus Papa III.*

Ioannes de Rupeſciſſa, tt. S. Laurentii in Lucina, S. R. E. Vicecancellarius.

Domnus Lodouicus Alamannus, tt. S. Cæciliæ.

* Henricus Anglicus, tt. S. Euſebii.

Antonius Caſſinus, tt. S. Marcelli.

Fr. Nicolaus Albergatus, tt. S. Crucis in Hieruſalem.

* Io. Ceruantes S. Petri ad vincula, tt. Eudoxiæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Diaconi Cardinales VI.*

*Ioannes Papa XXII.*

Lucidus Comes S. Mariæ in Coſmedin, S.R.E. Archidi-
conus.

*Benedictus Papa XI.*

Alphonſus Carillus, Hiſpanus, S. Euſtachii.

*Martinus Papa III.*

Ardicinus de la Porta, SS. Coſmæ, & Damiani.
Hugo Luſignanus, Cyprius, S. Hadriani.
Proſper Columna S. Georgii in Velabro.
* Iulianus Cæſarinus, Diac. Card. S. Angeli.

*Cardinales IV. à Martino Papa III. creati, verum ab Eugenio Papa IV. publicati anno Pontific. 1.*

Dominicus Ram, Hiſpanus, Preſbyter Card. SS. Ioann.
& Pauli tt. Pammachii.
Fr. Ioannes Caſanoua, Hiſp. Ord. Prædicatorum, Preſb.
Card. tt. S. Xyſti.
Guillelmus Diuanus, de Monteforti, Gallus, Preſby. Car.
tt. S. Anaſtaſiæ.
Dominicus Capranica, Romanus, Diac. Card. S. Mariæ
via lata.

*Prima creatio duorum Cardinalium.*

Anno Domini 1431. Pontificatus primo 13. Cal. Octo-
bris Romæ Papa Eugenius IV. primo creauit duos Cardi-
nales, qui fuere

Franciſcus Condulmerius, Venetus, eius fratris filius, Pro-
tonotarius Apoſtolicus, & Vicecamerarius Preſb.
Card. tt. S. Clementis, & S.R.E. Camerarius.
Angelottus Fuſcus, Romanus, Epiſc. Cauenſis, Preſb.
Card. tt. S. Marci.

*Secunda creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1437. Pontificat. 7. 5. Idus Auguſti, Florentiæ, Eugenius Papa IV. creauit Cardinalem vnum, qui fuit

Ioannes Vitelleſchus, Cornetanus, Protonot. Apoſtolicus, Epiſcopus Recanatenſis, poſt Archiepiſcopus Florentinus, Patriarcha Alexandrinus, Marchiæque Anconitanæ Legatus, Presbyter Cardinalis, tt. S. Cæcilię.

*Tertia XVII. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1439. Pontificatus 9. 15. cal. Ianuarii, Florentiæ in concilio generali, in publico Conſiſtorio Papa Eugenius IV. 17. creauit Cardinales, qui fuere

Reginaldus de Caruare, Gallus, Decanus Beluacenſis, cubicularius, & Referendarius Apoſtolicus, regni Francorum Cancellarius, & Archiepiſcopus Remenſis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Ioannes ex comitibus Taliacotii, Neapolitanus, Archiepiſcopus Tarentinus Preſbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, poſt S.R.E. maior Pœnitentiarius.

Ioannes Kemp. Anglus ex Archiepiſcopo Eboracenſi, Archiepiſcopus Cantuarienſis, & Angliæ primas, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ.

Nicolaus de Acciapacio, Surrentinus, Campanus, DD. Doctor, ex Epiſcopo Tropienſi Archiepiſcopus Capuanus, Preſbyter Card. tt. S. Marcelli.

Lodouicus de Lutcemburgo, Gallus, ex Epiſcopo Morinenſi Archiepiſcopus Rothomagenſis, Presbyter Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

Iſidorus Theſſalonicenſis Græcus, monachus S. Baſilii, & Abbas S. Demetrii Conſtantinopoli, Archiepiſcopus Ruthenorum, Preſbyter Cardin. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Georgius de Sanigono, de Fliſco, ex Lauaniæ comitibus, ciuis, & Archiepiſcopus Genuenſis, Preſbyter Cardin. tt. S. Anaſtaſiæ.

Beſſarion Trapezuntius, Græcus, Aſiaticus, monachus S.

Baſilii, Archiepiſcopus Nicænus, Presbyter Card. Ba-
ſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Gerardus Landrianus, Mediolanenſis, Epiſcopus Comen-
ſis, Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Sbigneus Polonus Epiſcopus Cracouienſis, Presbyter
Card. tt. S. Priſcæ.

Antonius Martini de Clauibus, Luſitanus, Hiſpanus, ex
Decano Elborenſi Epiſcopus Portugallenſis, Presbyter
Card. tt. S. Chryſogoni.

Petrus Schowembergus diœceſis Herbipolenſis, in Fran-
conia Germanus, Epiſcopus Auguſtanus, Presbyter
Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ.

Ioannes Iuuenis, Picardus, Gallus, V. I. Doctor, ex Epi-
ſcopo Coſoronenſi Epiſcopus Morinenſis, Presbyter
Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Dionyſius Agrienſis, Hungarus, Archiepiſcopus Strigo-
nienſis, Preſbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Guillelmus de Eſtonteuilla, Nortmādus, Gallus, DD. Do-
ctor, ex Epiſcopo Marinenſi Epiſcopus Andegauenſis,
poſt Biterenſis, demum Rothomagenſis Archiepiſco-
pus, Presbyter Card. SS. Sylueſtri, & Martini, tt. Equitii.

Frater Ioannes de Turre cremata, Hiſpanus, ord. Prædica-
torum Theologus, & magiſter ſacri palatii, Presbyter
Cardinalis, tt. S. Xyſti, poſt, tt. Caliſti.

* Albertus de Albertis, Florentinus, electus Epiſcopus
Camers, Diac. Card. S. Euſtachii.

*Quarta duorum Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1440. Pontific. 10. cal. Iuliis Romæ, Eu-
genius Papa IV. duos creauit Cardinales; hi fuere

Lodouicus Scarampus Patauinus Medicus, Patriarcha A-
quileienſis, Preſbyter Card. tt. S. Laurentii in Damaſo,
& S. R. E. Camerarius.

Petrus Barbus, Venetus, eius ſororis filius, protonotarius
Apoſtolicus, electus Epiſcopus Ceruienſis, Diac. Card.
S. Mariæ nouæ.

Qu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quinta vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1444. Pontific. 14. 4. Idus Iulii, Romæ Papa Eugenius IV. creauit Cardinalem vnum, is fuit

Alphonſus Boria, ex oppido Sauina, Valentinæ Diœceſis, Hiſpanus, Archiepiſcopus Valentinus, DD. Doctor, Presbyter Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

*Sexta quatuor Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1446. Pontificat. 16. 17. cal. Ianuarii, Romæ Eugenius Papa IV. creauit quatuor Cardinales, hi fuerunt

Henricus de Sancto Alloſio, Mediolanenſis, ex Epiſcopo Terdonenſi, Papienſis, poſt Archiepiſcopus Mediolanenſis, Preſbyter Card. tt. S. Clementis.

Thomas Lucanus Sergianenſis, diœceſis Lunenſis, Ligur, magiſter in Theologia, Epiſcopus Bononienſis, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ.

Domnus Ioannes Siculus, monachus congregationis S. Iuſtinæ, Abbaſque S. Pauli extra muros vrbis, Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.

Ioannes Caruaial, Hiſpanus, V I. Doctor, ciuis, & electus Epiſcopus Palentinus Diac. Cardinalis S. Angeli.

*Epiſcopi Cardinales XI. mutati vel creati ab Eugenio Papa IV.*

Iordanus Vrſinus, ex Epiſcopo Albano, Epiſcopus Card. Sabinus.

Antonius Corarius ex Epiſcopo Portuenſi, & S. Rufinæ Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Antonius Pancerinus, ex Presbytero tt. S. Suſannæ Ioannis XXII. Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Branda Caſtellio, ex Presbytero tt. S. Clementis, Ioannis XXII. Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Frater Petrus de Fuxo, ex Preſbytero tt. S. Stephani in Cœlio, monte Benedicti XI. Epiſcopus Card. Albanus.

Hugo Luſignanus, ex Diacono S. Hadriani, Martini III. Preſbyter Card. tt. S. Clementis, & paulo poſt Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Iulianus Cæſarinus, Romanus, ex Diacono S. Angel. Martini III. Preſbyter Card. tt. S. Sabinæ, & poſt Epiſcopus Card. Tuſculanus, & maior Pœnitentiarius.

Dominicus Ram, Hiſpanus, ex Preſbytero Card. tt. Pammachii, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Ioannes Taliacotius, ex Presbytero tt. SS. Nerei, & Achillei, Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Ioannes Ceruantes, ex Preſbytero tt. Eudoxiæ, Martini Papæ III. Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Franciſcus Condulmerius, ex Presbytero Card tt. S. Clementis, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Dominicus Capranica, ex Diacono S. Mariæ in via lata Martini III. Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Papa Eugenius IV. ſex Cardinalium ordinationibus Cardinales nouos XXVII. creauit, videlicet Epiſcopos ... in quibus ſeptẽ ex antiquis Preſbyteris, Preſbyteros XXIII. in his vnum ex antiquo Diacono, & Diaconos tres.

*Vicecancellarii S.R.E. ſub Eugen. Papa IV.*

Ioannes de Rupeſciſſa, Presbyter Card. tt. Lucinæ, ab anno Pontificatus primo, ad 7.

Franciſcus Condulmerius, Presbyter Card. tt. S. Clementis, poſt Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, ab anno ſeptimo ad finem Pontific.

*Cardinales XXIII. mortui ſub Eugenio Papa IV.*

Frater Angelus de Anna, Neapolitanus, monachus Camaldulenſis, Epiſcopus Cardin. Præneſtinus, & Decanus, obiit Romæ menſe Aprilis, anno 1431. Pontific. Neapolim translatus, in eccleſia S. Mariæ de Porta noua ſepultus eſt.

Antonius Pancerinus, de Portugruario Epiſcopus Card. Tuſculanus, obiit Romæ anno 1431. 5. nonas Iulii, ſepultus ad S. Petrum.

Guillelmus Diuanus, de Monte forti, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, obiit Senis in Tuſcia 5. cal. Octobris anni 1432. Pontific. 2. ibique ſepultus.

Alphonſus Carillus, Hiſpanus, Diac. Card. S. Euſtachii, obiit Baſileæ in concilio, anno 1434. Pontific. 4. ibique ſepultus.

Ardicinus de la Porta, Nouarienſis, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani obiit Romæ 5. Id. Auguſti anno 1434. ſepultus ad S. Petrum.

Frater Ioannes Caſanoua, Arrago, Hiſpanus, ord. Prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. Xyſti, obiit Florentiæ Kal. Martii, anno 1436. ibidem in eccleſia Prædicatorum S. Mariæ Nouellæ ſepultus eſt.

Ioannes de Rupeſciſſa, Gallus, Presbyter Card. tt. Lucinæ, & S.R.E. Vicecancellarius, obiit Bononiæ in legatione anno 1437. 7. cal. Aprilis: ibidem ſepultus.

Lucidus de Comite, Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, obiit Bononiæ 5. Id. Septembris anno 1437. Pontificat. 7. ſepultus ibidem ad Seruitas.

Antonius Caſſinus, Senenſis, Presbyter Card. tt. S. Marcelli, obiit Romæ prid. nonas Februarii, anno 1439. Pontific. 8. ſepultus ad S. Mariam maiorem.

Ioannes Vitelleſcus, Cornetanus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obiit Romæ in mole Hadriani VI. Idus Aprilis, anno 1439. Pontific. 9. ſepultus ad Mineruam.

Iordanus Vrſinus, Romanus, Epiſcopus Card. Sabinus, & maior Pœnitentiarius, Decanuſque collegii, obiit ad balnea Petriolana, Senenſis diœceſis 4. cal. Iunii, anno 1439. cadauer Romam portatum ad S. Petrum ſepultum eſt.

Hugo Luſignanus, Cyprius, Græcus, Epiſcopus Cardin. Præneſtinus, obiit priuatus in Subaudia, menſe Auguſto, anno 1442. Pontificatus 12.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Branda Caſtellio Mediolanenſis, Epiſcopus Card. Por-enſis, & S. Rufinæ, obiit in Caſtillioneo ſuo Medio-nenſis diœceſis, Prid. nonas Februarii, anno 1443. i-que ſepultus.

Frater Nicolaus Albergatus Bononienſis, ordinis Carthu-ſianorum, Preſbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſale-obiit Senis 7. Idus Maii, anno Domini 1443. Pontifica-tus 11. ſepultus ibidem ad Carthuſianos.

Lodouicus de Lutcimburgo, Gallus, Presbyter Cardina-lis tt. SS. quatuor Coronatorum, obiit in Galliis, ibi-ſepultus anno Domini 1443.

Angelottus Fuſcus, Romanus, Presbyter Card. tt. S. Mar-ci, Romæ à familiari occiſus eſt, prid. Idus Septembr-anni 1444. Pont. 14. ſepultus ad Mineruam.

Antonius Corarius, Venetus, Epiſcopus Card. Portuen-ſis, & S. Rufinæ, poſt Oſtienſis, & Veliternus, Decan-obiit Patauii 14. cal. Februarii anno 1445. Pontificat-cadauer Venetias portatum ad S. Georgium in Alga-pultum eſt.

Dominicus Ram, Hiſpanus, Epiſcopus Card. Portuen-& S. Rufinæ, obiit Romæ, menſe Aprili, anno 14-Pontific. 15. ſepultus Laterani.

Iulianus Cæſarinus, Romanus, Epiſcopus Card. Tuſcula-nus, & maior Pœnitentiarius, Archipresbyter S. Pe-occiſus eſt in Hungaria in Bello contra Turcas, men-Iulio, anni 1445. Pontificatus 15.

Albertus de Albertis, Florentinus, Diac. Card. S. Euſta-obiit in monaſterio Cryptæ ferratæ, Tuſculanēſis di-ceſis 3. Idus Auguſti, anno 1445. cadaueris pars R-mam relata, Laterani ſepulta eſt.

Gerardus Landrianus Mediolanenſis, Presbyter Card. S. Caliſti, obiit Viterbii 7. Idus Octobris, anno 1445. i-dem ad minores ſepultus.

Reginaldus de Carnare, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Ste-phani in Cœlio monte, obiit in Galliis, ibique ſepul-anno Domini 1446. Pontific. 16.

Fra-

Frater Petrus ex comitibus de Fuxo, Epiſcopus Card. Albanus, ordinis minorum, obiit Auinione, cuius Legatus erat anno 1446. ibidem ad minores ſepultus.

Eugenius IV. priuauit dignitate Cardinalatus, & ceteris ſacerdotiis Lodouicum Alamannum Presbyterū Card. tt. S. Cæciliæ, quod concilio Baſileenſi adhæſiſſet. reſtitutus autem fuit à Nicolao Papa V.

*Obitus Eugenii Papæ IV.*

Anno Domini 1447. 7. cal. Martii, Romæ in Palatio Apoſtolico iuxta S. Petrum, obiit Eugenius Papa IV. cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies 10.

Eodem anno die obitus Papæ Eugenii IV. eius Nouendialia in Baſilica S. Petri à Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 4. nonas Martii, finitis exequiis Eugenii Papæ IV. & Spiritus ſancti ſacris ab Epiſcopo Portuenſe factis, Cardinales in vrbe præſentes numero 18. conclaue ingreſſi ſunt paratum in ſacrario Mineruæ, pro electione noui Pontificis: qui altero poſt ingreſſum conclauis die, videlicet pridie nonas Martii, elegerunt in Romanū Pontificem Thomam Lucanum, Sergianenſem, Presbyterum Card. tt. S. Suſannæ, qui Nicolaus Papa V. appellatus eſt.

*Concilium Baſileenſe & ſchiſma XXIX. in Romana Eccleſia.*

INdixerat concilium Baſileenſe ex præſcripto concilii generalis Conſtantienſis Martinus Papa III. in quo de componendis moribus tam Clericorum, quam Laicorum nimia licentia iam labefactatis, itemq; de eccleſia Romana reformatione agendum eſſet: iamq; ad eum inchoandum legatum Cardinalem Iulianum Cæſarinum maxima cum auctoritate miſerat, quum rebus humanis exemptus eſt.

huius ſucceſſor Eugenius IV. Martini inſtitutum ſequu[illegible]
concilium ipſum à Martino indictum auctoritate ſua co[illegible]
firmau[illegible], atque approbauit, & vt inciperetur à legato [illegible]
liano Cæſarino voluit. quum autem maxima prælator[illegible]
multitudo ex vniuerſo orbe Latino Baſileam in dies co[illegible]
flueret, atque 14. calend. Auguſti, anni 1431. Pontifica[illegible]
Eugenii Papæ IV. primo, concilium inchoatum eſſe[illegible]
multa de eccleſiæ Romanæ reformatione tractari cœ[illegible]
ſunt; in quibus ſub prætextu reformandi rempublica[illegible]
Chriſtianam, pleraque eccleſiæ Romanæ priuilegia, & [illegible]
quæ erant magis neceſſaria, omnino tollere, & antiqu[illegible]
ſtudebant. id veritus Papa Eugenius IV. Concilium Ba[illegible]
ſileenſe, licet illud iam pridem approbaſſet, legato Ap[illegible]
ſtolicæ ſedis reuocato, ob eiuſmodi cauſam diſſoluere iu[illegible]
ſus eſt, eumque Ferrariam tranſtulit, hac occaſione, qu[illegible]
diceret Græcos cum eccleſia Romana in fidei articulis, [illegible]
quibus Græci aberrabant, conuenturos eundem locum [illegible]
bi delegiſſe. quæ omnia eo tendebant, vt concilium Baſi[illegible]
enſe diſſolueretur, quo cognito Prælati concilii Baſilee[illegible]
ſis, quorum ſignifer, & dux erat Lodouicus Alaman[illegible]
Cardinalis Arelatenſis, qui ab Eugenio IV. cum quo g[illegible]
ues inimicitias habebat, ad eos confugerat, nulla ratio[illegible]
vnquam compelli potuerunt, vt Eugenio obtemperare[illegible]
quamobrem non ſolū Baſilea non diſſceſſerunt, ſed ipſu[illegible]
cum Cardinalibus omnibus ad concilium Baſileenſe le[illegible]
time congregatum citauerunt. ipſe autem Baſileam om[illegible]
no accedere renuens, quo illud cōcilium vel omnino [illegible]
leret, vel infirmaret, Ferrariam, vbi ſuo nomine Nicol[illegible]
Albergatus Cardinalis tt. S. Crucis Apoſtolicæ ſedis leg[illegible]
tus 5. Idus Aprilis, anno 1438. concilium generale abſ[illegible]
pridem indictum inchoauerat, cum ſuis Cardinalib. pr[illegible]
fectus eſt Pontific. ſui anno 8. in quo de omnibus contr[illegible]
uerſiis tranſactum eſt, quæ vnquam inter Græcos, & La[illegible]
nos emerſerint; verum nono, poſtquā inchoatum fuer[illegible]
menſe, repentina peſtis vi Ferrariæ ingruente, Pont. Eu[illegible]
coactus eſt illud Florentiā trāsferre, vbi an. ſequenti 143[illegible]

pr[illegible]

pridie Nonas Iulii finitum eſt, quum per annum, & tres fere menſes partim Ferrariæ, & partim Florentiæ perduraſſet: in eo autem Græcam eccleſiam cum Romana in eis articulis fidei conſenſiſſe ferunt, de quibus olim maxima inter vtraſque eccleſias exorta fuerat controuerſia. interim vero Baſileenſes, quum Eugenium IV. ſuoſque Cardinales Baſileam ad concilium ſæpe citaſſent, nec vnquam vel accedere, vel aliquem ſuo nomine mittere voluiſſet, ipſum tunc Florentino concilio inſiſtentem damnauerũt, & anathemate notatum, in publica XXXIV. ſeſſione 7. Cal. Iulii anni 1439. Romano Pontificatu priuauerunt. ſacerdotii ſui anno 8. menſe 3. & die 23. atque ad alterius Pontificis electionem hac ratione eodem anno proceſſerunt.

Priuato Romano Sacerdotio Eugenio IV. prelati Concilii Baſileenſis, quibus Cardinalis Arelatenſis Eugenio IV. infenſiſſimus præſidebat de noua Romani Pontificis electione pertractare cœperunt, atque poſt multas diſceptationes, tandem in hanc ſententiam deuentum eſt, vt Triumuiri nominarentur, qui ex corpore concilii nouem, & viginti alios electores, omnes viros religioſos, & in ſacris ordinibus cõſtitutos, legerent, quorum ſuffragiis cum ipſo Cardinali Arelatenſi nouus Romanus Pontifex eligeretur: tunc pridie Idus Octobris, anni 1439. ex ſententia Guillelmi Archidiaconi Meteñſis, poſtea Cardinalis frater Thomas Abbas de Donduno Scotus, Ioannes Segobienſis Hiſpanus, & Thomas Corcellus, viri graues, & prudentes, eximiæque probitatis exiſtimati, ac ſacræ Theologiæ Doctores lecti ſunt, cum auctoritate, vt ſinguli tot collegas ex quatuor nationibus, quæ concilio intererant, Italica videlicet, Gallica, Hiſpana, & Germanica, ſibi cooptarent qui cum ipſis XXXII. numerum complerent. ſtatutum enim in concilio fuerat in electione Pontificis futuri addendos eſſe Cardinalibus, qui electioni eſſent adfuturi duos & XXX. alios electores octo ſ. ex vnaqua-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que natione. quo autem hæc commodius perfici poſſet, Triumuiri 9. Calend. Nouembris quartum ſibi collegam adſciſcunt Chriſtianum de Grez Germanum: na totidem erant nationes, qui ſimul iuncti 5. Calend. Nouembris in publica XXXVII. concilii Baſileenſis ſeſſione XXVIII. alios electores elegerunt, pari numero ex omnibus nationibus, ſeptem videlicet pro qualibet natione, quatuor erant. porro autem inter ipſos electores fuerunt Epiſcopi XI. Abbates VII. Theologi V. interluminati ac Doctores IX. omnes in Presbyterii ordine conſtituti, quorum ſuffragiis, & lectione, nouus Romanus Pontifex crearetur.

Eodem anno 9. Calend. Nouembris locus conclauis, Epiſcopali palatio extructus eſt, & cellulæ Romano more omnibus diuiſæ.

Eodem anno 3. Calend. Nouembris, officiales concilii nis videlicet cuſtodes numero XI. Clerici cæremoniarum duo; Promotor vnus, & Soldanus vnus in concilio creati ſunt.

Eodem anno, & die videlicet 3. Calend. Nouembris cantata miſſa Spiritus ſancti per dominum Cardinalem Arelatenſem, omnibuſque electoribus ſacra Euchariſtia refectis, electores ipſi numero XXXIII. cum ipſomet Cardinali conclaue ingreſſi ſunt paratum in Epiſcopali palatio Baſileenſi pro noui Pontificis electione, vbi ſex diebus commorati, ſeptimo poſtquam conclaue ingreſſi fuerant die, depoſitione vero Eugenii Papæ IV. menſe 4. & die ... hoc eſt Nonis Nouembris, mane, hora tertia, facto ſcrutinio, ſex & viginti electorum ſuffragiis, Amadeus olim Subaudiæ Dux, tunc vero in ſolitudine Ripaliæ Gebennenſis diœceſis, vitam eremiticam agens Romanus Pontifex in ſchiſmate renunciatus eſt, qui electioni de ſe factæ aſſenſum præbens, Felix Papa V. appellatus eſt.

## Felix IV. Dictus V. Antipapa XXXVIII.

### Anno Christi mccccxxxix.

FElix Papa IV. Dictus V. Amadeus antea vocatus, qui nobiliſſimo genere ducum Subaudienſium ortus, & ipſe olim Dux Subaudiæ fuerat: qui Chriſti amore ſuccenſus, filiis principatu relicto, vitam ſolitariam elegerat, Eremitæque habitu aſſumpto, cum decem aliis nobilibus viris in ſolitudine Ripaliæ Gebennenſis diœceſis in monaſterio à ſe conſtructo vitam angelicam agens, Deo ſeruiebat; vocabaturque Decanus militum Jeſu Chriſti, ordinis S Auguſtini, monaſterii S. Mauritii de Ripalia: qui dum religioſe in ea ſolitudine viueret, à prælatis concilii Baſileenſis, abrogato Eugenio IV. Romanus Pontifex in ſchiſmate in eius locum factus eſt, Felixque V. appellatus, quũ potius IV. dicendus eſſet.

Sedit autem in ſua obedientia in ſchiſmate contra Eugenium Papam IV. & Nicolaum V. Impp. Cæſaribus Alberto, & Friderico IV. Auguſtis annos 9. menſes 6. & dies 7.

*Electores XXXIII. qui Felicem Papam IIII. creauerunt.*

*Presbyter Cardinalis I.*

*Martinus Papa III.*

Lodouicus Alamannus, Gallus, Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ, Arelatenſis vulgo appellatus, qui non Triumuirali lectione, ſed iure, quod in electione Romani Põtificis Cardinales habent, conclaue ingreſſus eſt.

*Electores VIII. nationis Italicæ.*

Guillelmus Gallus, Epiſcopus Vercellenſis.

Georgius ex Marchionibus Sallutii, Epiſcopus Auguſtanus.

Ioannes Epiſcopus Eporedienſis.

Lodouicus Epiſcopus Auguſtæ prætoriæ Taurinorum.

Frater Aleranus de Carrecto Genuenſis, Abbas monaſterii S. Benigni Fructuarienſis, Eporedien. diœceſis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Frater Iacobus de Segneſia Abbas S. Benedicti Taurine-
ſis diœceſis.
Frater Ioannes de Montecomito DD. D. Præceptor Do-
mus S. Antonii de Reuerſo Taurinenſis diœceſis.
Frater Bartholomæus de Prouanis, præceptor Domus
Antonii de Glauaſio Eporediēſis diœceſis DD. Doctor.

*Electores VIII. nationis Gallicæ.*

Ioannes Arſius de Artus, Gallus, Archiepiſcopus Taren-
ſienſis.
Franciſcus, Epiſcopus Gebennenſis.
Bernardus Epiſcopus Aquenſis, cui podagra laborant
ſuffectus eſt Lodouicus Epiſcopus Maſſilienſis.
Frater Raimundus Abbas Conchenſis, Ruthenenſis diœ-
ceſis.
Nicolaus Thibouth Northmandus, Pœnitentiarius, Con-
ſtantienſis Theologus.
Ioannes de Valle Britto Rector Parœcialis eccleſię de p[...]
nior diœc. Lugdunenſis Theologus.
Thomas Corcellus canonicus Ambianenſis Theologus.
Guillelmus Hugonis de Stagno, Virdunenſis, Archidiaco-
nus Metenſis V.I.D.

*Electores VIII. nationis Germanicæ.*

Fridericus Epiſcopus Baſileenſis.
Frater Conradus Abbas de Lucella, Theologus ordinis
Ciſtertienſis, diœceſis Baſileenſis.
Frater Thomas de Donduno Scotus, Abbas Ciſtertienſis
diœceſis, Caſæ candidæ Theologus.
Detzelaus Polonus Archidiaconus Cracouienſis DD. Do-
ctor.
Ioannes Wiler Decanus Baſileenſis. DD. Doctor.
Henricus Iudæus, Colonienſis, LL. Doctor.
Iacobus Saltzburgenſis, Licentiatus in iure canonico, ca-
nonicus Ratiſponenſis.
Chriſtianus de Gretz Reginæ præpoſitus eccleſiæ S. Pe[...]
in Bramia, Olmucēſis diœceſis, magiſter in Theolog[...]
Ele[...]

*Electores VIII. nationis Hiſpanæ.*

Otho Epiſcopus Dertuſenſis.
Georgius Epiſc. Vicenſis Legatus regis Arragonum.
Ludouicus Portugallenſis Epiſcopus Viſenſis Legatus regis Portugalliæ.
Frater Petrus Abbas S. Cucuphatis Barchinonēſis diœceſis.
Frater Antonius Abbas Arularum E'uenſis diœceſis.
Ioannes de Villa Vezzoſa Segobienſis Archidiaconus Ouetenſis Theologus.
Bernardus Buſcho Canonicus Ilerdenſis DD. Doctor.
Raimundus Allioli canonicus Tyraſonenſis DD Doctor.

Ab his igitur Felix iv. electus eſt, cuius electio 15. Calen. Decembris in publica xxxix. ſeſſione ab omni concilio confirmata fuit.

Eodem anno 3. Nonas Decemb. legati xxv. à cōcilio ad Amadeū mittuntur vt eius cognoſcerent volūtatem, qui 15. Calen. Ianuarii electioni de ſe factæ conſentiens Felicis nomen aſſumpſit.

*Prima creatio IIII. Cardinalium.*

Anno Domini 1440. quum Felix Papa iv. iter Baſileam verſus ad concilium arripuiſſet, & Cardinales non haberet, vt auguſtiori cultu Baſileam ingredi poſſet, concilium Baſileenſe illi vt nouos crearet Cardinales permittunt: ſtatutum enim fuerat in iv. ſeſſione eius concilii, ne Pontifex Romanus durante ſynodo Cardinales crearet. quapropter eodē anno, Pontificatus ſui primo, menſe Aprili, ante coronationem ſuam, primo quatuor fecit Cardinales, qui fuere

Lodouicus Gallus, Epiſcopus Lauſanenſis, Presbyter Cardinalis.
Bartholomæus Italus, Epiſcopus Nouarienſis, Presbyter Cardinalis.
Vrbanus electus Epiſcopus Traiactenſis Germanus, Presbyt. Card.

Alphonſus Carillus Hiſpanus, Protonotarius Apoſto[...] Diaconus Card. S. Euſtachii.

### *Coronatio Felicis Papæ* IV.

Anno Domini 1440. Felix Papa IV. 9. Cal. Iunii Ba[...] ingreſſus eſt, & 9. Cal. Auguſti ſuæ coronationis inſig[...] ſuſcepit.

### *Secunda creatio IX Cardinalium.*

Anno Domini 1440. Pontificat. primo. 4. Idus Octo[...] Baſileæ Papa Felix iterum creauit Cardinales, qui fuer[...]

Alexander filius Zemouitti Ducis Moſouiæ Polon[...] Germanus Epiſcopus Tridentinus, & Patriarcha [...]quileienſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Laurentii in D[...]maſo.

Otho Hiſpanus, Epiſcopus Dertuſenſis, Presbyter Card[...] tt. S. Pudentianæ.

Georgius Hiſpanus, Epiſcopus Vicenſis, Presbyt. Card[...] S. Anaſtaſiæ.

Franciſcus Gallus, Epiſcopus Gebennenſis, Presby. Ca[...] tt. S. Marcelli.

Bernardus Gallus, Epiſcopus Aquenſis, Presbyter Card[...] tt. SS. Nerei, & Achillei.

Ioannes Germanus, Epiſcopus Argentoratenſis, Presb[...] Card. tt. S. Xyſti.

Ioannes Grucumalter ex Ducibus Bauariæ Germanus [...] canonico, & pręposito, Epiſcopus Friſingenſis, Presb[...]ter Card. tt. S. Martini in montibus.

Sbigneus Polonus, Epiſcopus Cracouienſis, Presby. Ca[...] tt. S. Priſcæ.

Ioannes de Villa Vezzoſa Segobienſis Hiſpanus, Theol[...]gus Archidiaconus Ouetenſis, Presbyt. Card. tt. S. Ma[...]riæ Tranſtiberim.

### *Tertia creatio* VI. *Cardinalium.*

Anno Domini 1440. Pontific. 2. prid. Idus Nouem[...]

Ba[...]

Baſileæ in concilio Papa Felix creauit tertio Cardinales, qui fuere

Dionyſius Gallus, Epiſcopus Pariſienſis, & Patriarcha Antiochenus, Presbyter Cardinalis.

Amadeus Gallus Archiepiſcopus Lugdunenſis, Presbyter Cardinalis.

Philippus Gallus, Archiepiſcopus Turonenſis, Presbyter Card.

Frater Nicolaus Tudeſcus Cathanienſis Siculus monachus, & Abbas Monacenſis, auditor Rotæ, Archiepiſcopus Panhormitanus V.I.D. Presbyt. Card.

Ioannes ex familia Ducum Britanniæ, Gallus, Epiſcopus Namretenſis, Presbyt. Card.

Ioannes Gallus, Epiſcopus Caſtrenſis Regis Francorum confeſſor, Presbyt. Cardinalis.

*Finis concilii Baſileenſis.*

Anno Domini 1442. Pontificatus Papæ Felicis quarti, tertio 17. Cal. Iulii celebrata 45. (quæ vltima fuit) ſeſſione in concilio Baſileenſi. finis eidem concilio impoſitus eſt, & in ſequens triennium Lugduni aliud concilium generale celebrandum indictum, durauit autem concilium Baſileenſe annos XI. menſes 9. & dies 27.

*Quarta creatio* V. *Cardinalium.*

Anno Domini 1443. Pontificatus IV. menſe Aprili Gebennis Papa Felix quarto creauit Cardinales, qui fuere

Ioannes Arſius de Artus, Gallus, Archiepiſcopus Tarentaſienſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Nerei, & Achillei.

Lodouicus Portugallenſis, Hiſpanus, Epiſcopus Viſenſis, Presbyter Card.

Lodouicus de Varambone, Gallus, Epiſcopus Maurianenſis, Presbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Vincen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vincétius Polonus, Germanus, Archiepiſcopus Gefnéſi,
& Primas Poloniæ, Presbyter Card.

Guillelmus Hugonis de Stagno Virdunenſis, Gallus, ar-
chidiaconus Metenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Sa-
binæ.

An alios creauerit Cardinales incertum.

Papa Felix IV. quatuor Cardinalium ordinationibus, men-
ſibus Aprili, Octobri, & Nouembri factis, XXIV. creau
Cardinales, Presbyteros XXIII. & Diaconum I.

*Abdicatio Felicis Papæ IIII.*

Mortuo Eugenio Papa IV. qui in concilio Baſileen
priuatus fuerat, atque ab eius obedientiæ Cardinalibu
contra ipſum Papam Felicem, qui Lauſanis reſidebat R
mæ, in locum Eugenii Nicolao Papa V. creato Anno D
mini 1449. 5. Idus Maii Pontificatus Nicolai V. anno te
tio, Felix Papa V. in ſua obedientia appellatus precibus Im
peratoris Friderici III. Auguſti à Nicolao Papa ad id ſolli
tati, Pontificatu ſponte abdicauit. quamobrem à Nicol
Papa V. Epiſcopus Cardin. Sabinus, collegii Cardinaliu
Decanus, perpetuuſque totius Germaniæ Legatus, & m
ex Cardinalibus ab eo factis, legitimi S. R. E. Cardina
creati ſunt. atque non longe poſt Lauſanis beate vitam
niuit, ibiq; in cathedrali ſepultus, ſub Pontificatu eiuſd
Nicolai.

## Nicolaus V. Pontifex CCXI.

ANNO CHRISTI MCCCCXLVII.

NIcolaus Papa V. magiſter Thomas antea vocatus, n
tione Ligur, oppido Sergiana, Lunenſis diœceſis,
ignobili familia, quæ Lucana dicebatur, ortus, patrem
buit Bartholomæum Medicum, matrem vero Andreol
vtroſq; infimæ ſortis homines. hic Bononiæ ſtudiis lit
rum, & Theologiæ adoleſcens operam dedit, adiutus li
ralitate Nicolai Albergati Cardinalis, S. Crucis, atque
gi

giſterii, vt vocant, lauream conſequutus eſt. mox quum Romam veniſſet, ſtudio eiuſdem Cardinalis, in numero ſcriptorum Pœnitentiariæ relatus, paulo poſt ſubdiaconus Apoſtolicus factus eſt. ab Eugenio vero Papa IV. Epiſcopus Bononienſis, & Presbyter Card. tt. S. Suſannę creatus, eius non longe poſt in Pontificatu Romano ſucceſſor fuit: eo enim mortuo Romæ XVII. Cardinalium ſuffragiis pridie Nonas Martii Pontifex Maximus renunciatus, Nicolaum ſe appellari voluit, hominis de ſe benemeriti, & cuius aliquando œconomus fuerat, Cardinalis videlicet S. crucis nomen aſſumens. coronatus autem fuit 4. Idus Martii eiuſdem anni prope Baſilicam principis Apoſtolorum.

Sedit vero in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Friderico III. Auguſto, annos 8. & dies 19.

*Cardinales XXIV. viui quando Nicolaus Papa V. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinal. III.*

*Eugenius Papa IIII.*

Ioannes Taliacotius, Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, Decanus, & maior Pœnitentiarius.

*Martin. III. & Eugen. IIII.*

* Ioannes Ceruantes, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

*Eugenius Papa* IV.

Franciſcus Condulmerius Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, S. R. E. Vicecancellarius.

*Presbyteri Cardinales* XVIII.

*Martinus Papa III.*

*Henricus Anglus, tt. S. Euſebii, S. R. E. Archipresbyter.

*Eugenius Papa* IV.

* Ioannes Kemp. Anglus, tt. S. Balbinæ.

Nicolaus de Acciapacio, tt. S. Marcelli.
Georgius de Fliſco, tt. S. Anaſtaſiæ.
* Iſidorus tt. SS. Marcellini, & Petri.
Beſſarion Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
* Sbigneus Polonus, tt. S. Priſcæ.
Antonius Martini, tt. S. Chryſogoni.
* Petrus à Schouuembergh, S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
Ioannes Iuuenis, tt. S. Laurentii in Lucina.
* Dionyſius Hungarus, tt. S. Cyriaci in Thermis.
Guillelmus de Eſtonteuilla, tt. S. Martini in montibus.
Frater Ioannes de Turre cremata, tt. S. Mariæ Transtiberim.
Lodouicus Scarampus, tt. S. Laurentii in Damaſo, S. R. E. Camerarius.

*Martin. I I I. & Eugen. IV.*

Dominicus Capranica, tt. S. Crucis in Hieruſalem.

*Eugenius Papa IIII.*

Alphonſus, tt. SS. 4. Coronatorum.
Henricus de S Alloſio, tt. S. Clementis.
Thomas Lucanus, tt. S. Suſannæ.
Domnus Ioannes tt. S. Sabinæ.

*Diaconi Cardinales III.*

*Martinus Papa III.*

Proſper de Columna S. Georgii in Velabro, S. R. E. Archidiaconus.

*Eugenius Papa IV.*

Petrus Barbatus, Venetus S. Mariæ nouæ.
Ioannes Caruial Hiſpanus, S. Angeli.

*Prima creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1448. Pontific. II. 13. Cal. April. Romæ Nicolaus Papa V. primo creauit Cardinalem vnum, qui fuit

Magiſter Antonius Cerdanus Maioricenſis, Theologus Cub-

Cubicularius Papæ, Archiepiſcopus Meſſanenſis, Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni.

*Secunda creatio VI. Cardinalium.*

Anno Domini 1448. Pontificat. 2. 13. Cal. Ianuarii Romæ Papa Nicolaus V. creauit iterum Cardinales, qui fuere

Aſtorgius Agnenſis Neapolitanus Archiepiſcopus Beneuentanus, Presbyter Card. tt. S. Euſebii.

Latinus Vrſinus Romanus V. I. Doctor Archiepiſcopus Tranenſis; Presbyter Cardinalis tt. SS. Ioannis, & Pauli.

Alanus Cœttinus Britto, Gallus, ex Epiſcopo Volenſi, Corizopitenſis, poſt Archiepiſcopus Auinionenſis, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Ioannes Gallus, Confeſſor Delphini primogeniti regis Francorum ex Epiſcopo Cabilonenſi Eduenſis, Presbyt. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Philippus Calandrinus Sergianenſis eius frater, Epiſcopus Bononienſis, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ, poſt tt. S. Laurentii in Lucina.

Magiſter Domnus Nicolaus de Cuſa Germanus, ex canonico regulari Archidiaconus Leodienſis, & Protonot. Apoſtolicus, Theologus, Presbyt. Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ, poſt Epiſcopus Brixinenſis.

*Tertia creatio V. Cardinalium.*

Anno Domini 1449. Pontificatus 3. 14. Cal. Ianuarii, Romæ Papa Nicolaus V. ad extinctionem ſchiſmatis fecit tertiam Cardinalium ordinationem, in qua ex concordia facta cum Amadeo, olim Papa Felice hos creauit vel reſtituit Cardinales, qui fuere

Amadeus olim Dux Subaudiæ Allobrox Felix Papa V. in ſua obedientia appellatus, factus eſt Epiſcop. Card. Sabinus, collegii Cardinaliũ Decanus, & perpetuus Germaniæ legatus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lodouicus Alamannus, Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis, priuatus ab Eugenio IV. reſtitutus à Nicolao V. Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.

Joannes Arſius de Artus, Gallus, Comes & Archiepiſcopus Tarentaſienſis, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Ludouicus de Varambone, Gallus, Epiſcopus Maurianenſis, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Guillelmus Hugonis de Stagno Virdunenſis Gallus V. I. Doctor, Archidiaconus Metenſis, Presbyter Cardinal. tt. S. Sabinæ.

*Epiſcopi Cardinales V. creati à Nicolao Papa V.*

Amadeus Subaudienſis, Epiſcopus Card. Sabinus, & collegii Decanus.

Georgius Fliſcus ex Presbytero tt. S. Anaſtaſiæ, Eugenii IV. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus.

Iſidorus Græcus ex Presbytero tt. S. Marcellini, & Petri, Eugenii IV. Epiſc. Card. Sabinus.

Beſſarion Græcus, ex Presbytero Baſilicæ Apoſtolorum Eugenii IV. Epiſc. Card. Tuſculanus.

Guillelmus de Eſtonteuilla ex Presbytero tt. Equitii, Eugenii IV. Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & S. Rufinæ.

Petrus Barbus Venetus, ex Diacono S. Mariæ nouæ, Eugenii IV. Presbyter Card. tt. S. Marci.

Nicolaus Papa V. tribus ordinationibus menſibus Martii & Decembri factis XI. nouos creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos ſex, ſed quinque ex antiquis Presbyteris, & Presbyteros XII. ſed vnum priuatum reſtituit, alterum ex antiquo Diacono fecit.

Franciſcus Condulmerius Venetus, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, S. R. E. Vicecancellarius, ab anno primo Pontificatus ad 7.

Reliquum temporis ſine Vicecancellario fuit eccleſia Romana.

Card.

*Cardinales XVI. mortui ſub Nicolao Papa V.*

Nicolaus de Acciapacio, Surrentinus, Presbyt. Card. tt. S. Marcelli, obiit Romæ anno 1447. Pontificatus 1. 3. Nonas Aprilis ſepultus ad S. Petrum.

Antonius Martini de Clauibus, Luſitanus, Hiſpanus, Presbyt. Cardin. tt. S. Chryſogoni, obiit Romæ 5. Idus Iulii anno 1447. Laterani ſepultus.

Henricus, Ducis Lancaſtriæ filius, Anglus, Presbyt. Cardinalis tt. S. Euſebii obiit, & ſepultus eſt in Anglia Anno 1447.

Ioannes ex Comitibus Taliacotii, Neapolitanus, Epiſcop. Card. Præneſtinus, & maior Pœnitentiarius, obiit Romæ 12. Calend. Februarii, Anno 1449. Pontificatus 2. ſepultus ad S. Auguſtinum, cuius ordinis protector erat.

Domnus Ioannes Siculus, monachus congregationis S. Iuſtinæ, Presbyt. Cardin. tt. S. Sabinæ obiit Neapoli 12. Cal. Februarii eiuſdem anni, ſepultus ibidem ad S Seuerinum.

Henricus de Sancto Alloſio, Mediolanenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis obiit Romæ IV. Nonas Iulii anni MCCCCL. Pontificatus 4. ſepultus in titulo ſuo.

Ioannes Ceruantes, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, obiit in Hiſpania anno 1450.

Lodouicus Alamannus, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Cæciliæ, obiit Arelate 13. Cal. Nouemb. anni 1450. Pontif. 4. ibidem in cathedrali ſepultus.

Ioannes Iuuenis Picardus, Presbyter Card. tt. Lucinæ, obiit Romæ 5. Idus Septemb. anni 1451. Pontificat. 5. ſepultus in titulo ſuo.

Aſtorgius Agnenſis, Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Euſebii, obiit Romæ 6. Idus Octobris anni MCCCCLI. ſepultus in clauſtro prædicatorum ad Mineruam.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Amadeus Allobrox, Epiſcopus Card. Sabinus, obiit Lauſanis in legatione ſua, ibique in cathedrali ſepultus anno 1452. Pontificat. 6.

Franciſcus Condulmerius Venetus, Epiſcopus Veronenſis, & Card. Portuenſis & S. Rufinæ, ac S. R. E. Vicecancellarius, obiit Romæ Nonis Septembris, anni 14[illegible] Pontificat. 7. cadauer ad S. Petrum in Vaticano ſepultum eſt.

Ioannes Arſius de Artus, Gallus, Presbyter Cardin. tt. SS. Nerei, & Achillei, obiit in Galliis, pridie Idus Decembr. anni 1453. ſepultus ad Motyer.

Ioannes Kemp. Anglus, Presbyter Cardin. tt. S. Balbinæ obiit, & ſepultus eſt in Anglia, anno 1454. Pontificatus 8.

Lodouicus de Varambone, Gallus, Presbyter Cardin. tt. S. Anaſtaſiæ, obiit nouiſſimis Nicolai Papæ V. temporibus.

Sbigneus Polonus, Epiſcopus Cracouienſis, Presbyt. Card. tt. S. Priſcæ obiit Sendomiriæ in Polonia anno 15[illegible] Pontific. 9. Calend. April. ibique ſepultus.

*Obitus Nicolai Papæ* V.

Anno Domini 1455. 9. Cal. Aprilis Romæ in palatio Apoſtolico iuxta S. Petrum obiit Nicolaus Papa V. eius cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies 15.

Eodem anno 7. Calen. Aprilis eius Nouendialia in eccleſia S. Petri à Cardinalibus more maiorum celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno prid. Nonas Aprilis, finitis exequiis Nicolai Papæ V. Miſſaque Spiritus ſancti ab Epiſcopo Card. Oſtienſe cantata, Cardinales in vrbe præſentes numero xv. conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico palatio apud S. Petrum pro noui Pontificis electione, quinto poſt ingreſſum conclauis die elegerunt in Papam Alphonſum Boriam Hiſpanum Presbyterum Cardi-

dinal.tt.SS.4.Coronatorum, qui Caliſtus Papa III. appellatus eſt.

## Caliſtus III. Pontifex CCXII.

### ANNO CHRISTI MCCCCLV.

CAliſtus Papa III. Alphonſus Boria ante vocatus, natione Hiſpanus, oppido Sauina, Valentinæ diœceſis, ortus, patrem habuit Ioannem, matrem vero Franciſcam vtroſque generoſi ſtemmatis. hic adoleſcens Iuri operam dedit, atque vtriuſque Iuris Doctor factus eſt. eum autem ex Archiepiſcopo Valentino Eugenius Papa IV. Presbyterum Cardinalem tt. SS.4. Coronatorum creauit. qui Nicolao Papa V. vita functo Romæ apud S.Petrum xv. Cardinalium ſuffragiis 6.Idus Aprilis anni 1455. Pontifex Maximus in eius locum factus 12. Cal. Maii ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem Imp. Cæſare Friderico III. Auguſto, annos 3. menſes 3. & dies 26.

*Cardinales XIX. viui quando Caliſtus Papa III. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinal. IV.*
*Eugen. IV. & Nicol. V.*

Georgius de Fliſco, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Decanus.
Iſidorus Græcus, Epiſc. Card. Sabinus.
Beſſarion Græcus, Epiſcopus Card. Tuſculanus.
Guillelmus de Eſtonteuilla, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S.Rufinæ.

*Presbyteri Cardinales* XIV.

*Eugenius Papa* IV.

Petrus Schowenbergh, S. Vitalis tt. Veſtinæ S. R. E. Archipresbyter.
Dionyſius Hungarus, tt. S. Cyriaci in Thermis.
Frater Ioann. de Turre cremata, tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

Lodouicus Scarampus, tt. S. Laurentii in Damaſo S.R.E. Camerarius.

*Martin. III. & Eugen. IV.*

Dominicus Capranica tt. S. Crucis in Hieruſalem, maior Pœnitentiarius.

*Eugenius Papa IV.*

Alphonſus Boria tt. SS. quatuor Coronatorum.

*Nicolaus Papa V.*

Antonius Cerdanus tt. S. Chryſogoni.
Latinus Vrſinus, SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
Alanus Cœttinus, tt. S. Praxedis.
* Ioannes tt. S. Stephani in monte Cœlio.
Philippus Calandrinus, tt. S. Laurentii in Lucina.
* M. Nicolaus de Cuſa S. Petri ad Vincula tt. Eudoxiæ.

*Felix IV. & Nicol. V.*

Guillelmus de Stagno, tt. S. Sabinæ.

*Eugen. IIII. & Nicol. V.*

Petrus Barbus Venetus, tt. S. Marci.

*Diaconi Cardinales II.*

*Martinus Papa III.*

Proſper de Columna S. Georgii in Velabro S.R.E. Archidiaconus.

*Eugenius Papa IV.*

Ioannes Caruaial, S. Angeli.

*Prima creatio III. Cardinalium.*

Anno Domini 1456. Pontific. 2. 14. Cal. Octob. Romæ Papa Caliſtus III. primo creauit tres Cardinales, qui fuerunt

Lodouicus Milanus Valentinus Hiſpanus, eius ſororis filius, ex Epiſcopo Segobienſi Ilerdenſis, Presbyt. Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

Iac.

Iacobus nepos Regis Portugalliæ, Luſitanus, Hiſpanus, electus Archiepiſcopus Vlixponenſis, Diaconus Card. S. Mariæ in porticu.

Rodericus Lenzolius Boria, Valentinus, Hiſpanus, eius ſororis filius, electus Archiepiſcopus Valentinus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, & S. R. E. Vicecancellarius.

*Secunda creatio VI. Cardinalium.*

Anno Domini 1456. Pontifi. 2. 16. cal. Ianuarii Romæ Papa Caliſtus III. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Rainaldus Piſſicellus ciuis, & Archiepiſcopus Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Ioannes de Mela ciuis, & Epiſcopus Zamorenſis, Hiſpanus, Preſbyter Card. tt. S. Priſcæ.

Ioannes Caſtellio, Mediolanenſis, ex Epiſcopo Conſtantienſi in Nortmandia Papienſis, Preſbyter Card. tt. S. Clementis.

Iacobus Thebaldus Romanus, oriundus oppido Collis Scipionis I. ciuilis Doctor, Epiſcopus Ferretranus, Preſbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Riccardus Oliuerii de Ango Nortmandus, Gallus, Licentiatus in legibus Archidiaconus Rothomagenſis, ciuis, & Epiſcopus Conſtantienſis, Preſbyter Card tt. S. Euſebii.

Æneas Siluius Picolomineus ciuis, & electus Epiſcopus Senenſis, Diac. Cardin. S. Euſtachii, poſt Preſbyter Card. tt. S. Sabinæ.

*Epiſcopus Cardinalis creatus à Papa Caliſto III.*

Frater Ioannes de Turre Cremata, ex Presbytero tt. Caliſti Eugenii IV. Epiſcopus Card. Albanus.

Papa Caliſtus duabus ordinationibus menſib. Decemb. & Septemb. factis nouem creauit Cardinales, videlicet Epiſcopum 1. ex antiquis Preſbyteris, Preſb. 7. & Diac. 2.

Rodericus Boria, Valentinus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano S. R. E. Vicecancellarius ſub Caliſto Papa III.

*Cardinales mortui ſub Caliſto Papa III.*

Guillelmus Hugonis de Stagno, Virdunenſis, Presby[ter] Card. tt. S. Sabinæ, obiit Romæ 5. cal. Nouembris an[no] ni 1455. Pontific. 1. ſepultus in titulo ſuo.

Rainaldus Piſſicellus Neapolitanus, Presbyter Card. t[t.] S. Cæciliæ, obiit Neapoli 3. Idus Iulii anni 1458. Ponti[-] fic. 4. ſepultus in cathedrali.

Dionyſii Hungari, Presbyteri Cardinalis tt. S. Cyriaci [in] Thermis; quem vſque ad Caliſti III. tempora vixiſ[ſe] conſtat, exitus obſcurus eſt.

*Obitus Caliſti Papæ III.*

Anno Domini 1458. 4. nonas Auguſti Romæ in pa[la]tio Apoſtolico S. Petri, obiit Caliſtus Papa III. cadauer e[ius] in ſacrario Baſilicæ principis Apoſtolorum ſepultum e[ſt.] Vacauit ſedes d. 17.

Eodem anno 3. nonas Auguſti eius exequiæ more no[uend]iorum celebrari ſunt cœptæ.

Eodem anno pridie Idus Auguſti Spiritus ſancti m[iſſa] ab Epiſcopo Oſtienſe cantata, Cardinales XVIII. præ[ſen]tes conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico pa[latio] S. Petri, pro noua Pontificis lectione; qui die 14. cal. S[e]ptembris elegerunt in Papam Æneam Siluium Picolo[mi]neum Senenſem, Presbyterum Cardinalem, tt. S. Sabi[næ,] qui Pius Papa II. appellatus eſt.

Dominicus Capranicus Romanus, Presbyter Card. tt. [S.] Crucis in Hieruſalem maior Pœnitentiarius obiit R[o]mæ 19. cal. Auguſti anno Domini 1458. ſede vaca[nte] per obitum Caliſti Papæ III.

## Pius II. Pontifex CCXIII.

ANNO CHRISTI MCCCCLVIII.

PIus Papa II. Æneas Siluius antea vocatus, natione T[u]ſcus, patria Senenſis, familia nobili, ſed populari, P[icco]lominea ortus; Corſiniani, quod oppidum eſt Senen[ſis a]gri, patre Syluio, & matre Victoria natus eſt. fuit a[...]

vir bonarum artium peritiſſimus, atque à ſecretis primo Dominici Capranici Cardinalis, poſt Nicolai Albergati Cardinalis S. Crucis, demum Friderici III. Imperatoris. à Nicolao autem V. ex canonico Tridentino, abbreuiatore, & ſubdiacono Apoſtolico, Epiſcopus Tergeſtinus, & paulo poſt Senenſis deſignatus eſt. eum Caliſtus Papa III. Diaconum Cardinalem S. Euſtachii, mox Presbyterum Cardinalem, tt. S. Sabinæ creauit. qui, mortuo eodem Caliſto, Romæ in eius locum à Cardinalibus 13. cal. Septembris anni 1458. Pontifex Maximus renunciatus 3. nonas Septembris coronatus eſt.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Friderico III. Auguſto annos 5. menſes 11. & dies 26.

*Cardinales XXIV. viui quando Pius Papa II. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales V.*

*Eugen. IV. & Nic. V.*

Georgius de Fliſco, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Decanus.

Iſidorus Græcus, Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Beſſarion Græcus, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Guillelmus de Eſtonteuilla, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

*Eugen. IV. & Caliſt. III.*

Frater Ioannes de Turre cremata, Epiſcopus Card. Alban.

*Presbyteri Cardinales XV.*

*Eugenius Papa IV.*

* Petrus Schowembergh, S. Vitalis, tt. Veſtinæ, S. R. E. Archipresbyter.

* Lodouicus Scarampus, tt. S. Laurentii in Damaſo, S. R. E. Camerarius.

*Nicolaus Papa V.*

Antonius Cerdanus, tt. S. Chryſogoni.

Latinus Vrſinus, SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Alanus Cœttinus tt. S. Praxedis.
* Ioannes tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Philippus tt. S. Laurentii in Lucina, S. R. E. maior Pœnitentiarius.
* D. Nicolaus de Cuſa S. Petri ad vincula tt. Eudoxiæ.

*Eugen. IV. & Nicol. V.*

Petrus Barbus Venetus, tt. S. Marci.

*Caliſtus Papa III.*

Lodouicus Milanus, tt. SS. IV. Coronatorum.
Ioannes de Mela, tt. S. Priſcæ.
Ioannes Caſtellio, tt. S. Clementis.
Iacobus Thebaldus, tt. S. Anaſtaſiæ.
* Ricardus Oliuerii, tt. S. Euſebii.
Æneas Syluius Picolomineus, tt. S. Sabinæ.

*Diaconi Cardinales IV.*
*Martinus Papa III.*

Proſper de Columna S. Georgii in Velabro, S. R. E. Archidiaconus.

*Eugenius Papa IV.*

* Ioannes Caruaial Diac. Card. S. Angeli.

*Caliſtus Papa III.*

Iacobus Luſitanus S. Mariæ in porticu.
Rodericus Borgia S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Vicecancellarius.

*Prima creatio V. Cardinalium.*

Anno Domini 1460. Pontificatus 2. 3. nonas Martii Romæ Pius Papa II. primo creauit quinque Cardinales qui fuere

Angelus Capranicus Romanus, Dominici Cardinalis frater, Epiſcopus Reatinus, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Berardus Herulus Narnienſis, Auditor Rotæ, Epiſcopus Spoletanus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Nico-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nicolaus Fortiguerra Piſtorienſis, Epiſcopus Theanenſis Theſaurarius, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Magiſter frater Alexander Oliua Saxoferratenſis, Vmbrus, Theologus, ord. Eremitarum S. Auguſtini prior generalis, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ.

Franciſcus Picolomineus ciuis, & electus Archiepiſcopus Senenſis, eius ſororis filius, Diaconus Cardinalis S. Euſtachii.

*Secunda creatio VI. Cardinalium.*

Anno Domini 1461. Pontific. 3. 15. calend. Ianuarii, Romæ Papa Pius II. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Bartholomæus Rouerella Ferrarienſis, Archiepiſcopus Rauennas. Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Frater Ioannes Lofredi ignobilis, Luxinienſis, diœceſis Biſuntinæ, Gallus, monachus Cluniacenſis, DD. & Theologiæ Doctor ex priore S. Mariæ de Caſtro ſuper Salinas Abbas S. Petri de Luxinio, poſt Epiſcopus Atrebatenſis, & Referendarius Apoſtolicus, Presbyter Card. SS. Sylueſtri, & Martini, tt. Equitii.

Iacobus de Cardona, Hiſpanus, Epiſcopus Vrgelenſis, Presbyter Cardinalis.

Lodouicus de Alibreto, Gallus, regio ſanguine oriundus, Epiſcopus . . . Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Iacobus Amanatus Lucenſis, Tuſcus, Epiſcopus Papienſis, Presb. Card. tt. S. Chryſogoni, poſt Epiſcopus Lucenſis.

Franciſcus Gonzaga ciuis, & electus Epiſcopus Mantuanus, Lodouici Marchionis Mantuæ filius, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

*Tertia creatio duorum Cardinalium.*

Anno Domini 1462. Pontific. 4. prid. cal. Iunii Viterbii Pius Papa II. creauit Cardinales, qui fuerunt

. . . Epiſcopus Eiſtatenſis, Germanus, Presbyter Card. qui beneficium remiſit.

Brocardus Germanus, præpoſitus Saltzburgenſis, Presbyter Cardinalis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Epiſcopus Cardinalis creatus à Pio Papa II.*

Guillelmus de Eſtonteuilla, ex Epiſcopo Portuenſi Ep-
ſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Ioannes Caruaial ex Diacono S. Angeli Eugenii IV. Pr-
sbyter Cardin. tt. S. Marcelli, & paulo poſt Epiſcop-
Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Frater Ioannes de Turre cremata, ex Epiſcopo Albano, E-
piſcopus Card. Sabinus.

Pius Papa II. tribus ordinationibus, menſibus Marti-
Maio, & Decembri factis 13. creauit Cardinales, videlic-
Epiſcopum vnum ex antiquo Presbytero, Presbyteros x
& Diaconos duos.

Rodericus Boria Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulli-
no, S.R.E. Vicecancellarius ſub Pio Papa II.

*Cardinales VIII. mortui ſub Pio Papa II.*

Antonius Cerdanus, Maioricenſis, Presbyter Card. tt. S.
Chryſogoni, obiit Romæ prid. Idus Septembris an-
1458. Pontific. 1. ſepultus in Veſtibulo ſacrarii S. Pe-

Iacobus Portugallenſis, Diac. Card. S. Mariæ in port-
obiit Florentiæ 16. cal. Maii anno 1459. Pontific. 1. ſe-
pultus ad Oliuetanos.

Ioannes Caſtellio, Mediolanenſis, Presbyter Card. tt. S.
Clementis, obiit anno 1460. Pontific. 2. 18. cal. Ma-
ſepultus Mediolani in auitis ſepulchris.

Georgius de Fliſco, Genuenſis, Epiſcopus Card. Oſtien-
ſis, & Veliternus, & Decanus, obiit Romæ 8. Idus O-
ctobris anno 1461. Pontific. 3. cadauer Genuam tr-
latum in cathedrali eccleſia ſepultum eſt.

Iſidorus Theſſalonicenſis, Græcus, Epiſcopus Card. S-
binus, obiit Romæ 8. Idus Martii anno 1463. Pontif-
4. ſepultus ad S. Petrum.

Proſper de Columna, Romanus, S. R. E. Archidiaco-
Cardinalis S. Georgii in Velabro, obiit Romæ 9. ca-
Aprilis, anni 1463. ſepultus ad SS. Apoſtolos.

Fr

Frater Alexander Oliua, Saxo Ferratenſis, Presbyt. Card. tt. S. Suſannæ, obiit Tibure 12. cal. Septembris, anno 1463. Pontific. 5. cadauer Romam relatum ad S. Auguſtinum ſepultum eſt.

Domnus Nicolaus de Cuſa, Presbyter Card. tt S. Petri ad vincula, obiit Tuderti in Vmbria pridie Idus Auguſti, anno 1464. Pontific. 6. cadauer Romam relatum in titulo ſuo ſepultum eſt.

*Obitus Pii Papæ II.*

Anno Domini 1464. 19. cal. Septembris Anconæ in Piceno Pius Papa II. mortuus eſt, cadauer Romam portatum in Baſilica S. Petri ſepultum eſt prope ſepulcrum S. Georgii Papæ. vacauit ſedes dies 16.

Eodem anno 14. cal. Septembris, eius Nouendialia à Cardinalibus in baſilica S. Petri celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 5. cal. Septembris, Spiritus ſancti Miſſa ab Epiſcopo Oſtienſe cantata, Cardinales 20. conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico palatio iuxta S. Petrum, vbi tertio poſt ingreſſum die elegerunt in Papam Petrum Barbum Venetum, Presbyterum Cardinalem tt. S. Marci qui Paulus Papa II. appellatus eſt.

## Paulus II. Pontifex CCXIV.

ANNO CHRISTI MCCCCLXIV.

PAulus Papa II. Petrus antea vocatus, Venetiis familia patricia Barba, patre Nicolao, & matre Polyxena, Eugenii Papæ IV. ſorore natus eſt. ab auunculo autem Eugenio IV. primo Archidiaconus Bononienſis, & protonotarius Apoſtolicus factus, mox Epiſcopus Ceruienſis deſignatus, tandem Diaconus Cardin. S. Mariæ nouæ creatus eſt. poſtea Epiſcopatum Vicentinum adeptus, à Nicolao Papa V. ex Diacono Presbyter Cardinalis tt. S. Marci dictus fuit. qui mortuo Pio Papa II. Romæ in eius locum omnium Cardinalium ſuffragiis prid. cal. Septembris, anni 1464. Pontifex Maximus renunciatus 5. Idus Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit vero in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Friderico III. Auguſto annos 6. menſes 10. & dies 29.

*Cardinales XXVII. viui, quando Paulus Papa II. factus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales IV.*

*Eugen. IV. & Nic. V.*

Beſſarion Græcus, Epiſcopus Card. Tuſculanus Decanus.
Guillelmus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

*Eugen. IV. & Caliſt. III.*

Frater Ioannes de Turre cremata, Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

*Eugen. IV. & Pius II.*

Ioannes Caruaial, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Ruſinæ.

*Presbyteri Cardinales XX.*

*Eugenius Papa IV.*

* Petrus Schowenberg, S. Vitalis tt. Veſtinæ S.R.E. Archipresbyter.
Lodouicus tt. S. Laurentii in Damaſo S.R.E. Camerarius.

*Nicolaus Papa V.*

Latinus Vrſinus, tt. SS. Ioannis, & Pauli.
Alanus Cœttinus tt. S. Praxedis.
* Ioannes tt. S. Stephani in monte Cœlio.
Philippus tt. S. Laurentii in Lucina, maior Pœnitentiarius.

*Eugen. IV. & Nicol. V.*

Petrus Barbus Venetus, tt. S. Marci.

*Caliſtus Papa III.*

* Lodouicus Milanus, tt. S. quatuor Coronatorum.
Ioannes de Mela tt. S. Priſcæ.
Iacobus Thebaldus tt. S. Anaſtaſiæ.
Ricardus Oliuerii tt. S. Euſebii.

*Pius Papa II.*

Angelus Capranica tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Berardus Herulus tt. S. Sabinæ.

* N

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

* Nicolaus Fortiguerra tt. S. Cæciliæ.
Bartholomæus Rouerella tt. S. Clementis.
* Fr. Ioannes tt. S. Martini in montibus.
* Iacobus de Cardona, Preſbyt. Card.
Lodouicus de Alibretto tt. SS. Marcellini, & Petri.
Iacobus Amanatus tt. S. Chryſogoni.
* Brocardus, Preſbyt. Card.

*Diaconi Cardinales III.*

*Caliſtus Papa III.*

Rodericus S. Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Vicecancellarius.

*Pius Papa II.*

Franciſcus Picolomineus S. Euſtachii.
Franciſcus Gonzaga S. Mariæ nouæ.

*Prima creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1464. Pontificatus primo, Romæ Paulus Papa II primo creauit Cardinalem vnum, is fuit

Theodorus Lælius Epiſc. Taruiſinus, qui obiit ante adeptum pileum.

*Secunda creatio octo Cardinalium.*

Anno Domini 1465. Pontific. ſecundo, 14. Cal. Octobris, Romæ Paulus Papa II. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Thomas Anglus, Archiepiſc. Cantuarienſis, & Primas Angliæ, Preſbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
Stephanus de Varada, Hungarus, DD. Doctor, ex Præpoſito Agrienſi Archiepiſc. Collocenſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.
Oliuerius Caraffa ciuis, & Archiepiſc. Neapolitan. V. I. D. Preſbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.
Marcus Barbus, Venetus, Patruelis ſuus, Epiſc. Vicentinus, & Patriarcha Aquileienſis, Preſbyt. Card. tt. S. Marci.
Ioan. Balues, Gallus, ex Virdunenſi Epiſc. Andegauenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Suſannæ.

Amicus è Villa Collis medii, diœceſis Aquilanæ, V. I. D. Epiſcop. Aquilanus, Preſbyt. Card. tt. S. Mariæ Transtiberim.

Magiſter Fr. Franciſcus de Ruuere de Villa Albizzola, Sauonenſis diœceſis, Ligur, Ord. Minorum generalis miniſter, Theolog. Preſbyt. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

Theodorus Paleologus, ex Marchionibus Montisferrati Inſuber, Protonot. Apoſt. Diac. Card. S. Theodori.

*Tertia creatio duorum Cardinalium.*

Anno Domini 1468. x I. Cal Decembr. Pontificatus anno 5. Romæ Paulus Papa II. tertiò creauit Cardinales, qui fuerunt

Baptiſta Zeno, Venetus, eius ſororis filius, Protonot. Apoſtolicus, electus Epiſcop. Vicentinus, Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

Io. Michaelius, Venetus, eius ſororis filius, Protonot. Apoſtol. Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio, poſt S. Angeli.

*Epiſcopi Cardinales quatuor creati à Paulo Papa II.*

Lodouicus Scarampus, ex Preſbytero, tt. Damaſi Eugenii IV. Epiſcop. Card. Albanus.

Latinus Vrſinus, ex Preſbytero, tt. Pammachii, Nicolai V. Epiſc. Card. Sabinus.

Ricardus Oliuerii, ex Preſbytero, tt. S. Euſebii, Caliſti III. Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Philippus Calandrinus Sergianenſis, ex Preſbytero, tt. Lucinæ Nicolai V. Epiſc. Card. Portuenſis & S. Rufinæ.

Io. de Mella, Zamorenſis, ex Preſbytero. tt. S. Priſcæ, Caliſti III. Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Damaſo.

Paulus Papa II. tribus ordinationib. menſibus Septembri, & Nouembri factis XI. creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos IV. ex antiquis Preſbyteris, Preſbyteros VIII. Diaconos III.

Rodericus Boria, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Vicecancellarius, ſub Paulo Papa II.

Car-

*Cardinales nouem mortui ſub Paulo Papa II.*

Theodorus Lælius, Epiſc. Taruiſinus, Preſbyt. Card. obiit Romæ ante adeptum pileum, anno 1464. Pontific. 1. ſepultus ad S. Mariam nouam.

Lodouicus Scarampus, Patauinus, Epiſc. Card. Albanus, & S.R.E. Camerarius, obiit Romæ 6. Calen. Aprilis, anno 1465. Pontific. 1. ſepultus in titulo Damaſi.

Lodouicus de Alibretto, tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Romæ 14. Cal. Octob. anno 1465. Pontific. II. ſepultus ad S. Mariam de Aracœli.

Iacobus Thebaldus, Romanus, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, obiit Romæ pridie Nonas Septembris, anno 1466. Pontific. III. ſepultus ad Mineruam.

Io. de Mella, Hiſpanus, Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Damaſo, obiit Romæ 3. Idus Octobr. anno 1467. Pontific. 4. ſepultus ad S. Iacobum Hiſpanorum.

Fr. Ioannes de Turrecremata, Epiſcop. Card. Sabinus, obiit Romæ 7. Cal. Octobr. anno 1468. Pontific. 5. ſepultus ad S. Mariam ſuper Mineruam.

Petrus Schowembergh, Preſb. Card. tt. Veſtinæ, obiit Auguſtæ Vindelicorum 18. Cal. Maii, anno 1469. Pontific. 5. ibidem in Cathedrali ſepultus.

Io. Caruaial, Placentinus Hiſpanus, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit Romæ 8. Idus Decembris, anno 1469. Pontific. 6. ſepultus ad S. Marcellum.

Ricardus Oliuerii, Nortmandus, Epiſc. Card. Portuenſis, Archipreſbyter S. Petri, obiit Peruſii in legatione ſua 15. Calend. Septembris, anno 1470. Pontific. 6. ibique ſepultus.

Iacobi de Cardona Hiſpani, Preſbyteri Card. & Brocardi Germani Saltzburgenſis, Card. exitus obſcuri ſunt.

*Obitus Pauli Papæ II.*

Anno Dom. 1471. 5. Cal. Auguſt. Romæ Paulus Papa II. in palatio Apoſtolico apoplexiæ morbo correptus obiit. Cadauer ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies 11.

Eodem anno & die, eius Nouendialia in Baſilica S. Petri celebrati ſunt cœpta.

Eodem anno 8. Idus Auguſti, Miſſa Spiritus Sancti ab Epiſcopo Tuſculano cantata Cardinales XVII. conclaue ingreſſi ſunt, loco conſueto paratum, qui die 5. Idus Auguſti elegerunt in Romanum Pontificem fratrem Franciſcum de Ruuere Ordinis Minorum, Preſbyterum Cardinalem tt. S. Petri ad Vincula, qui Xyſtus Papa IV. appellatus eſt.

## Xyſtus IV. Pontifex CCXV.

### ANNO CHRISTI MCCCCLXXI.

XYſtus Papa IV. Magiſter frater Franciſcus antea vocatus, natione Ligur, ex villa Albizzola, diœceſis Sauonēſis, humili, ac ſordido genere ortus, patrem enim habuit piſcatorem. ab ineunte ætate Sauonæ Ordinem Fratrum Minorum profeſſus eſt, in quo breui admodum in omni diſciplinarum genere profecit, vt per omnium ſui Ordinis dignitatum gradus ad Generalatum aſcenderit. à quibusdam autem regulis Allobrogibus gentis Ruuereæ, apud quos aliquando diuerſatus fuerat, & familiæ nomine, & gentilitiis clypeis donatus eſt. eum autem audita eius fama Paulus Papa II. adiuuante maxime Cardinali Beſſarione ex generali miniſtro ſui Ordinis, Preſbyterum Cardinalem tt. S. Petri ad Vincula creauit: poſt cuius mortem in eius locum Romæ 5. Idus Auguſti, anni Domini 1471. omnium Cardinalium ſuffragiis Pontifex Maximus renunciatus 15. Calend. Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Friderico III. Auguſto annos 13. & dies 5.

*Cardinales XXVI. viui, quando Xyſtus Papa IV. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales IV.*

*Eugen. IV. & Nicol. V.*

Beſſarion Græcus, Epiſc. Card. Tuſculanus, Decanus.

Gu-

Guillelmus de Eſtontenilla, Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus.

*Nicolaus V. & Paulus II.*

Latinus Vrſinus, Epiſcop. Card. Sabinus.

Philippus Calandrinus, Epiſc. Card. Portuenſis, maior Pœnitentiarius.

*Preſbyteri Cardinales XVI.*

*Nicolaus Papa V.*

* Alanus Cœttinus tt. S. Praxedis, S.R.E. Archipreſbyter.

* Ioannes tt. S. Stephani in Cœlio monte.

*Caliſtus Papa III.*

* Lodouicus Milanus, tt. SS. quatuor Coronatorum.

*Pius Papa II.*

Angelus Capranica, tt. S Crucis in Hieruſalem.

Berardus Herulus, tt. S. Sabinæ.

Nicolaus Forriguerra, tt. S. Cæciliæ.

Bartholomæus Rouerella, tt. S. Clementis.

* Frater Ioannes Luxinienſis, tt. S. Martini in Montibus.

Iacobus Amanatus, tt. S. Chryſogoni.

*Paulus Papa II.*

* Thomas Anglus, tt. S. Cyriaci in Thermis.

* Stephanus de Varada, tt. S. Nerei, & Achillei.

Oliuerius Caraffa, tt. SS. Marcellini, & Petri.

Marcus Barbus, Venetus, tt. S. Marci.

* Ioannes Balues, tt. S. Suſannæ.

Amicus, tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

Frater Franciſcus de Ruuere S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

*Diaconi Cardinales VI.*

*Caliſtus Papa III.*

Rodericus S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Archidiac. & Vicecancellarius.

*Pius Papa II.*

* Franciſcus Picolomineus S. Euſtachii.
Franciſcus Gonzaga S. Mariæ nouæ.

*Paulus Papa II.*

Theodorus Paleologus S. Theodori.
Baptiſta Zeno S. Mariæ in Porticu.
Ioannes Michaëlius S. Angeli.

*Prima creatio duorum Cardinalium.*

Anno Domini 1471. Pontific. 1. 18. Cal. Ianuar. Romæ, Xyſtus Papa IV. duos primò creauit Cardinales, qui fuere

Fr. Petrus Riarius Sauonenſis, Ligur, Ord. Fratrū Minor. Epiſc. Taruiſinus, Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti.

Iulianus de Ruuere, ex Villa Albizzola, diœceſis Sauonenſis, Ligur, Xyſti Papæ fratris filius, Epiſc. Carpentoratenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

*Secunda creatio octo Cardinalium.*

Anno Domini 1473. Pontific. 2. Nonis Maii Romæ Papa Xyſtus IV. iterum octo creauit Cardinales, qui fuere

Philippus de Leuis, Gallus, Archiepiſc. Arelatenſis, Preſby Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Stephanus Nardinus, Foroliuienſis, Protonot. Apoſt. Archiepiſc. Mediolanenſis, vrbis Gubernator, Preſb. Card. tt. S. Hadriani; poſt S. Mariæ Tranſtiberim.

Auxias de Podio, Valentinus, Hiſpanus, V. I. Doctor, Archiepiſc. Montis regalis in Sicilia, Vicecamerar. Preſby. Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ; poſt tt. S. Sabinæ.

Petrus Gundiſſaluius de Mendozza, Hiſpanus, filius Marchionis de Santillana, Epiſcopus Seguntinus, Preſbyter Card. tt. S. Mariæ in Domnica, poſt tt. S. Crucis in Hieruſalem; Archiepiſcop. Toletanus, & Hiſpaniarum Primas.

Antonius Iacobus Venerius, Recanatenſis, Picenus, ſcriptor Apoſtol. ex Epiſcopo Syracuſano Legionenſis, po

Co

Conchenſis, Preſbyter Card. tt. SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum, poſt tt. S. Clementis.

Io. Baptiſta Cibo, Genuenſis, Epiſc. Melphitenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Balbinæ, poſt S. Cæciliæ.

Io. Arcimboldus, Mediolanenſis, Parma oriundus, V. I. D. Epiſc. Nouarienſis, Protonot. Apoſt. Preſbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, poſt S. Praxedis.

Philippus de Vgunecti, Burgundus, Gallus, Epiſc. Matiſconenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Luciæ in Silice, poſt SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

*Tertia creatio quinque Cardinalium.*

Anno Domini 1476. Pontific. 6. 15. Cal. Ianuar. Romæ Xyſtus Papa IV. tertiò creauit Cardinales; qui fuere

Georgius Coſta, Luſitanus, Archiepiſcopus Vlixponenſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Carolus Borbonius, Picardus, Gallus, Protonot. Apoſtol. Archiepiſcop. Lugdunenſis, & perpetuus adminiſtrator Archiepiſcopatus Burdegalenſis, Preſb. Card. tt. S. Martini in montibus.

Petrus Ferrici, Hiſpanus, ciuis, & Archiepiſc. Tiraſonenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti.

Io. Baptiſta Mellinus, Romanus, V. I. D. ex canonico Lateranenſi, Epiſcop. Sutrinus, & Nepeſinus, poſt Vrbinas, Preſbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Fr. Petrus ex Comitibus de Fuxo, Ord. Minorum, electus Epiſcopus Venetenſis, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani.

*Quarta creatio ſeptem Cardinalium.*

Anno Domini 1477. Pontific. 7. 4. Idus Decembris, Romæ Papa Xyſtus IV. quartò creauit Cardinales, qui fuere

Chriſtophorus de Ruuere Taurinenſis Allobrox, Archiepiſcop. Tarentaſienſis, Arcis Præfectus, Preſbyt. Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ.

Hieronymus Baſſus de Ruuere de Albizzola, Sauonenſis dicœceſis, Ligur Papæ ſororis filius, Epiſc. Recanatenſis Preſbyt. Card. tt. S. Balbinæ, poſt S. Chryſogoni.

Georgius Hesler, ciuis, & Epiſc. Herbipolenſis, Germanus Protonotarius Apoſtol. à Conſiliis Imp. Friderici III Preſbyt. Card. tt. S. Luciæ in Silice.

Fr. Gabriel Rangonus, Mutinenſis, Ord. Minorum, Epiſc. Agrienſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Sergii, & Bacchi.

Petrus Foſcarus, Venetus, Primicerius S. Marci Venetorum Protonotarius Apoſtolicus, Epiſcopus Patauinus Preſbyter Card. tt. S. Nicolai inter imagines, poſt S. Xyſti.

Ioannes de Arragonia, Neapolitanus, Ferdinandi Regis filius, Protonotarius Apoſt. Diac. Card. S. Hadriani, poſt Preſbyter tt. S. Sabinæ.

Raphaël Galeottus de Ricariis, Sauonenſis Ligur, Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

*Quinta creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1478. Pontificatus 7. 3. Idus Februarii Romæ Xyſtus Papa IV. quintò creauit Cardinalem vnum, is fuit

Dominicus de Ruuere Taurinenſis, Allobrox, frater Cardinalis Tarentaſienſis paulò ante mortui, Cubicularius Papæ, & Arcis Præfectus, Preſb. Card. tt. S. Vitalis, poſt tt. S. Clementis.

*Sexta V. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1480. Pontific. 9. Idibus Maii Romæ Papa Xyſtus IV. ſextò creauit Cardinales, qui fuerunt

Paulus Fregoſius, ciuis, & Archiepiſc. Gomerius, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Fr. Coſmus de Melioratis, Vrſinus Romanus, Monachus & Abbas Farfenſis, Archiepiſcopus Tranenſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Ferni-

Ferricus de Clugniaco Burgundus, Gallus, V.I. Doctor, Epiſcopus Tornacenſis, Preſbyter Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ.

Io. Baptiſta Sabellus, Romanus, Protonot. Apoſtol. Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Io. de Columna, Romanus, Protonot. Apoſt. Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

*Septima V. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1483. Pontificat. 13. Romæ, 17. Calend. Decembr. Xyſtus Papa IV. ſeptimò creauit Cardinales, qui fuere

Ioannes de Comitibus, Romanus, Archiepiſc. Conſanus, Preſbyt. Card. tt. S. Vitalis.

Fr. Helias, Gallus, Ordinis Minorum Theologus, Archiepiſcopus Turonenſis, Preſbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice.

Ioannes de Margaritis, Hiſpanus, Epiſcopus Gerundenſis, Orator Regis Hiſpaniæ, Preſbyter Cardinalis, tt. S. Balbinæ.

Ioannes Iacobus Sclafenatus, Mediolanenſis, Cubicularius Papæ, Epiſc. Parmenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Baptiſta Urſinus, Romanus, Clericus Cameræ, & Protonotarius Apoſtolicus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ.

*Octaua vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1484. 16. Cal. Aprilis, Romæ Papa Xyſtus IV. vnum creauit Cardinalem; qui fuit

Aſcanius Maria Sfortia, Vicecomes Mediolanenſis, Franciſci Ducis Mediolani filius, Protonot. Apoſtolic. Diac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ in martyrum macello.

*Epiſcopi Cardinales X. creati à Xyſto Papa IV.*

Rodericus Borgia ex Diacono S. Nicolai in carcere Tul-

liano Caliſti III. Epiſc. Card. Albanus, poſt Portuenſ.
& S. Rufinæ.

Latinus Vrſinus, ex Epiſcopo Cardinale Sabino, Epiſcop.
Tuſculanus.

Alanus Cœttinus, ex Preſbytero tt. S. Praxedis Nicolai V.
Epiſc. Card. Sabinus.

Angelus Capranica, ex Preſbytero tt. S. Crucis Pii II. Epiſc.
Card. Præneſtinus.

Barardus Herulus, ex Preſbytero tt. S. Sabinæ, Pii II. Epiſc.
Card. Sabinus.

Oliuerius Caraffa, ex Preſbytero tt. S. Euſebii, Pauli II. E-
piſcop. Card. Albanus, poſt Sabinus.

Iacobus Amanatus, ex Preſbytero tt. S. Chryſogoni, Pii II.
Epiſc. Card. Tuſculanus.

Marcus Barbus, ex Preſbytero tt. S. Marci, Pauli II. Epiſc.
Card. Præneſtinus.

Iulianus de Ruuere, ex Preſbyt. tt. Eudoxiæ, Epiſc. Card.
Albanus, poſt Oſtienſis.

Baptiſta Zeno, ex Diacono S. Mariæ in Porticu, Pauli II.
Preſby. Card. tt. S Anaſtaſiæ, & paulò poſt Epiſc. Card.
Tuſculanus.

Ioan. Balues, Gallus, ex Preſbytero tt. S. Suſannæ, Pauli II.
Epiſc. Card. Albanus.

Ioannes Michaël, ex Diacono S. Angeli, Pauli II. Preſbyt.
Card. tt. S. Marcelli.

Xyſtus Papa IV. octo ordinationibus menſibus Fe-
bruario, Martio, Maio, Nouembri, & Decembri fa...
XXXIV. nouos fecit Cardinales, videlicet Epiſcopos X...
nouem ex antiquis Cardinalibus, Preſbyteros XXVI...
in his vnum ex antiquis Diaconis, & Diaconos VI.

Rodericus Borgia Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tul-
no, poſt Epiſcop. Card. Albanus, deinde Portuenſ...
S. Rufinæ, S. R. E. Vicecancellarius, ſub Papa Xyſto I...

*Cardinales XXVIII. mortui ſub Xyſto Papa IV.*

Ioannes Gallus, Preſbyter Card. tt. S. Stephani in Cœ-
mon...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

morte,obiit,& ſepultus eſt in partib. anno 1472. Pontific.primo.

Beſſarion,Epiſc. Card. Tuſculanus, obiit Rauennæ rediens è Gallica legatione 14. Cal. Decembr. anno 1472. Pontific.2. Cadauer Romam portatum ad SS.Apoſtolos ſepultum eſt.

Fr.Ioannes Lofredi,Luxinienſis,Preſbyt. Card. tt.Equitii, obiit in partibus 3. Idus Decemb.anno 1473. Pontific. 3. ibiq; ſepultus.

Nicolaus Fortiguerra,Piſtorienſis,Preſbyt.Card.tt.S.Cæciliæ,obiit Viterbii 12. Cal.Ianuarii,anni 1473. Romam relatus,in titulo ſuo ſepultus eſt.

Stephanus de Varada,Hungarus,Preſbyt. Card.tt.SS.Nerei, & Achillei, obiit, & ſepultus eſt in Hungaria,anno 1473.Pontific.3.

Fr.Petrus,Riarius, Sauonenſis,Ligur,Ord. Minorum Patriarcha Conſtantinopolitanus,& Archiepiſcopus Florentinus,Preſbyt.Card.tt. S.Xyſti,obiit Romæ 3. Nonas Ianuar.ann.1474.Pontific.3. ſepultus ad SS.Apoſt.

Alanus Cœttinus,Britto, Epiſc. Card. Sabinus, obiit Romæ xi.Cal.Auguſti,anno 1474. Pontific.3. ſepultus in titulo S.Praxedis.

Iacobus Amanatus, Lucenſis, Epiſcop.Card. Tuſculanus, obiit apud S. Laurentium Vulſiniis 4. Idus Septembris, anno 1475.Pontific.5. Cadauer Romam relatum ad S. Auguſtinum ſepultum eſt.

Philippus de Leuis,Gallus,Preſbyt. Card.tt.SS.Marcellini, & Petri,obiit Romæ Idibus Ianuarii,anni 1476.Pontif. 5.ſepultus ad S.Mariam maiorem.

Bartholomæus Rouerella, Ferrarienſis, Preſbyt. Card.tt. S.Clementis,obiit Romæ 6. Nonas Maii, anno 1476. Cadauer in titulo ſuo ſepultum eſt.

Philippus Calandrinus, Sergianenſis, Epiſc.Card. Portuenſis,maior Pœnitentiarius,obiit Bagnaiæ, Viterbienſis diœceſis,xi.Cal.Auguſti,anno 1476.Romam relatus in titulo Lucinæ ſepultus eſt.

Amicus ex Villa Collis medii, Aquilanus, Preſbyt. Card. tt.
Caliſti, obiit Aquilæ 5. Idus Nouemb. anno 1476. Pon-
tific. 6. ibidem in Cathedrali ſepultus.

Latinus Vrſinus, Romanus, Epiſc. Card. Tuſculanus, & S.
R.E. Camerarius, obiit Romæ III. Idus Auguſti, an-
1477. Pontificat. 7. ſepultus in Eccleſia S. Saluatoris
Lauro à ſe fundata Romæ.

Chriſtophorus de Ruuere Taurinenſis, Preſbyt. Card. tt.
S. Vitalis, obiit Romæ Cal. Februarii, anno 1478. Pon-
tificat. 7. ſepultus ad Eccleſiam S. Mariæ de Populo, Or-
dinis Eremitarum S. Auguſtini.

Angelus Capranica, Romanus, Epiſc. Card. Præneſtin.
obiit Romæ 5. Nonas Iulii, anni 1478. ſepultus ad Mi-
neruam.

Io. Baptiſta Mellinus, Romanus, Preſbyt. Card. tt. SS. N-
rei, & Achillei, obiit Romæ 12. Cal. Auguſti, anni 14
ſepultus ad Populum.

Petrus Ferrici, Hiſpanus, Preſbyter Card. tt. S. Xyſti, o-
Romæ 7. Cal. Octobr. anno 1478. Pontific. 8. ſepu-
in clauſtro Mineruæ.

Berardus Herulus, Narnienſis, Epiſc. Card. Sabinus, o-
Romę 3. Nonas Aprilis, anno 1479. Pontific. 8. ſepu-
ad S. Petrum.

Antonius Iacobus Venerius, Recanatenſis, Preſbyter C-
dinalis tt. S. Clementis, obiit Recaneti 3. Nonas A-
ſti, anni 1479. Romam tranſlatus, ſepultus eſt in t-
ſuo.

Theodorus Paleologus, Diac. Card. S. Theodori, ob-
ſte in Lombardia 12. Cal. Februarii, anno 1481. Pon-
10. ibiq; ſepultus.

Fr. Coſmus Abbas Farfenſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Ne-
Achillei, obiit Brachiani Vrſinorum, x1. Cal. Dece-
anno 1481. ſepultus in Eccleſia Farfenſi.

Georgius Heſler, Herbipolenſ. Preſb. Card. tt. S. Lu-
Silice, obrutus eſt in Danubio, dum parua lintre a-
traiicere vult, menſe Septemb. anno 1482. Pont-

Guillelmus de Eſtonteuilla, Gallus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, ac S.R.E. Camerarius, Decanus Collegii, & Archipreſbyter S. Mariæ maioris, obiit Romæ xi. Cal. Ianuarii, anno 1482. Pontific. 12. ſepultus in Eccleſia S. Auguſtini, quam à fundamentis erexit.

Auxias de Podio Valentinus, Hiſpanus, Preſby. Card. tt. S. Sabinæ, obiit Romæ 6. Idus Septemb. anni 1483. Pontific. 13. ſepultus eſt in titulo ſuo.

Ferricus de Clugniaco, Preſbyter Card. tt. S. Vitalis, obiit Romæ Nonis Octobris, anno 1483. ſepultus ad Populum.

Franciſcus Gonzaga, Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Bononiæ in Legatione 12. Cal. Octobr. anni 1483. ibidem ſepultus.

Fr. Helias, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Luciæ in Silice, Ord. Minor. obiit, & ſepultus eſt in Galliis, menſe Iulio, anni 1484. Pontific. 13.

Thomę Angli, Preſbyteri Cardinalis, tt. S. Cyriaci in Thermis exitus obſcurus eſt.

*Obitus Papæ Xyſti IV.*

Anno Domini 1484. Idibus Auguſtis nocte præcedenti, hora inter quartam & quintam Romæ in palatio Apoſtolico obiit Xyſtus Papa IV. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies 15.

Eodem anno 16. Cal. Septembr. eius Nouendialia celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 7. Cal. Septembr. Miſſa Spiritus Sancti ab Epiſcopo Portuenſe cantata, Cardinales XXVI. conclaue ingreſſi ſunt loco conſueto præparatum; qui die Dominico 4. Cal. Septembr. elegerunt in Papam Io. Baptiſtam Cibo Genuenſem, Preſbyterum Card. tt. S. Cæciliæ, qui Innocentius Papa VIII. appellatus eſt.

## Innocentius VIII. Pont. CCXVI.

ANNO CHRISTI MCCCCLXXXIV.

INnocentius Papa VIII. Ioannes Baptiſta antea vocatus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

natione Ligur, patria Genuenſis, ex mediocri genere, ho-
norato tamen ortus, patrem, Aaron nomine, Medicum
habuit. hic pauper olim adoleſcens inter Alphonſi Siciliæ
Regis miniſtros diu vixit. inde Romam veniens in contu-
bernio Philippi Calandrini Cardinalis Bononienſis fuit.
Xyſto autem IV. primo Epiſcopus Sauonenſis, mox Mel-
fitenſis, & Datarius, deinde Preſbyter Card. tt. S. Balbinæ,
demum S. Cæciliæ creatus eſt. quo mortuo, Romæ in eius
locum omnium Cardinalium ſuffragiis IV. Cal. Septembr.
anno 1484. Pontif. Maximus renunciatus, pridie Idus Se-
ptembr. coronatus eſt.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Friderico
3. Auguſto, annos 7. menſes 10. & dies 27.

*Cardinales XXXI. viui, quando Innocentius Papa VIII factus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Caliſtus III. & Xyſtus IV.*

Rodericus Epiſc. Card. Portuenſis, Decanus, & S.R.E. Vi-
cecancellarius.

*Paulus II. & Xyſtus IV.*

Oliuerius Caraffa, Epiſc. Card. Sabinus.

Marcus Barbus, Venetus, Epiſc. Card. Præneſtinus.

*Xyſtus Papa IV.*

Iulianus de Ruuere, Epiſc. Card. Oſtienſis, maior Pœni-
tentiarius.

*Paulus II. & Xyſtus IV.*

Baptiſta Zeno, Epiſc. Card. Tuſculanus.

Ioannes Balues, Epiſc. Card. Albanus.

*Preſbyteri Cardinales XVIII.*

*Caliſtus Papa III.*

* Lodouicus Milanus, tt. SS. quatuor Coronatorum,
R.E. Archipreſbyter.

*Xyſtus Papa IV.*

Stephanus Nardinus, tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

* Petrus Gundiſſaluius, tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Ioannes Baptiſta Cibo, tt. S. Cæciliæ.
Ioannes Arcimboldus, tt. S. Praxedis.
Philibertus de Vgunecti, tt. SS. Ioannis, & Pauli.

*Paulus II. & Xyſtus IV.*

Ioannes Michaëlius, tt. S. Marcelli.

*Xyſtus Papa IV.*

Georgius Coſta, tt. SS. Marcellini, & Petri.
* Carolus Borbonius, tt. S. Martini in montibus.
Hieronymus Baſſus, tt. S. Chryſogoni.
Fr. Gabriel Rangonus, tt. SS. Sergii, & Bacchi.
Petrus Foſcarus, tt. S. Xyſti.
Dominicus de Ruuere, tt. S. Clementis.
* Paulus Fregoſius, tt. S. Anaſtaſiæ.
Ioannes de Arragonia, tt. S. Sabinæ.
Ioannes de Comitib. tt. S. Vitalis.
Ioannes de Margaritis, tt. S. Balbinæ.
Io. Iacobus Sclafenatus, tt. S. Stephani in monte Cœlio.

*Diaconi Cardinales VII.*

*Pius Papa II.*

Franciſcus Picolomineus S. Euſtachii, S.R.E. Archidiaconus.

*Xyſtus Papa IV.*

Fr. Petrus de Fuxo SS. Coſmæ, & Damiani.
Raphaël Riarius S. Georgii in Velabro, S.R.E. Camerarius.
Io. Baptiſta Sabellus, S. Nicolai in carcere Tulliano.
Io. de Columna, S. Mariæ in Aquiro.
Baptiſta Vrſinus S. Mariæ nouæ.
Aſcanius Maria Sfortia, SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.

*Prima creatio octo Cardinalium.*

Anno Domini 1489. Pontific. 5. pridie Idus Martii, Romæ Papa Innocentius VIII. primò creauit Cardinales octo, qui fuerunt

Laurentius Cibo Genuenſis filius, nothus fratris ſui, Ar-
chiepiſcopus Beneuentanus, Preſbyter Card. tt. S. Cæ-
ciliæ.

Ardicinus Iunior della Porta, Nouarienſis, Epiſcopus Ale-
rienſis, Preſbyter Card. SS. Ioannis & Pauli, tt. Pam-
machii.

Antoniottus Palauicinus, Genuenſis, Epiſc. Pampilonen-
ſis, Datarius, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Lodouicus Spinay, Armoricenſis, Gallus, ex Archiepiſcop
Arelatenſi, Lugdunenſis, Preſbyt. Card. SS. Sylueſtri &
Martini tt. Equitii.

Frater Mapheus Gerardus, Venetus, Ordinis Camaldolen-
ſis, Patriarcha Venetiarum, Preſb. Card. tt. SS. Nerei
Achillei.

Fr. Petrus Daubuſſon, Gallus, Magnus Hoſpitalis Hieroſo-
lymitani magiſter, Diac. Card. S. Hadriani.

Ioan. Medices, Florentinus, Protonot. Apoſt. Diac. Car
S. Mariæ in Domnica.

Fridericus Sanſeuerinas, Mediolanenſis electus Male-
cenſis, Diac. Card. S. Theodori.

*Epiſcopi Cardinales duo creati ab Innocentio Papa VIII.*

Ioannes Michaëlius, ex Preſbytero Card. tt. S. Marcelli E-
piſc. Card. Præneſtinus.

Georgius Coſta, ex Preſbytero Card. tt. SS. Marcellini
Petri, Xyſti IV. Epiſc. Card. Albanus.

Paulus Fregoſius, ex Preſbytero tt. S. Anaſtaſiæ Preſb
Card. tt. S. Xyſti.

Papa Innocentius VIII. vna ordinatione menſe M
tio facta, octo creauit Cardinales, videlicet Epiſcopo
ex antiquis Preſbyteris, Preſbyteros quinque, & Diac
tres.

Rodericus Borgia, Epiſcop. Card. Portuenſis, & S. Ruf
S. R. E. Vicecancellarius, ſub Innocentio Papa VII

*Cardinales XI. mortui ſub Innocentio Papa VIII.*

Philibertus Vgunecti, Gallus, Presbyter Card. tt. Pammachii, obiit Romæ 5. Idus Septemb. anno 1484. Pontific. 1. ſepultus ad S. Mariam de Populo.

Stephanus Nardinus, Foroliuienſis, Presbyter Cardin. tt. Caliſti, obiit Romæ XI. Calen. Octob. eiuſdem anni, ſepultus ad S. Petrum.

Ioannes de Margaritis, Hiſpanus, Presbyt. Card. tt. S. Balbinæ, obiit Romæ Nonis Nouembris eiuſdem anni, ſepultus ad S. Mariam de Populo.

Petrus Voſcarus, Venetus, Presbyter Card. tt S. Xyſti, obiit Romæ menſe Iulio, anni 1485. Pontificatus primo, ſepultus ad Populum.

Ioannes de Arragonia filius regis Ferdinandi, Neapolitanus, Presbyt. Cardin. tt. S. Sabinæ, obiit Romæ eodem anno ſepultus in abſida tituli ſui.

Frater Gabriel Rangonus, Mutinenſis, ordinis minorum, Presbyt. Card. tt. SS. Sergii, & Bacchi, obiit Romæ mēſe Octobri, Anno 1486. Pontificat. 2. ſepultus in Aracœli.

Carolus Borbonius, Gallus, Presbyt. Card. tt. Equitii, Auinioniſque legatus, obiit & ſepultus eſt Lutetiæ Pariſiorum anno 1489. Pontific. IV.

Frater Petrus ex Comitibus de Fuxo, ord. minorum, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani, obiit Romæ 4. Idus Auguſti, anno 1490. Pontific. 6.

Marcus Barbus, Venetus, Epiſcopus Card. Præneſtinus, obiit Romæ VI. Nonas Martii, anno 1491. Pontific. 7. ſepultus in titulo S. Marci.

Ioannes Balues, Gallus, Epiſcopus Car. Albanus, obiit Romæ menſe Octobri, anno 1491. Pontif. 8. ſepultus in titulo S. Praxedis.

Ioannes Arcimboldus, Mediolanenſis, Presbyt. Card. tt. S. Praxedis, Romæ obiit anno Chriſti 1491. Pontificatus 8.

*Obitus Innocentii Papæ VIII.*

Anno Domini 1492. 8. Cal. Auguſti, Romæ in palatio Apoſtolico obiit Innocentius Papa 8. cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes Romana dies 22.

Eodem anno 7. Cal. Auguſti eius exequiæ more maiorum celebrari ſunt cœptæ.

Eodem anno 8. Idus Auguſti Miſſa Spiritus ſancti ab Epiſcopo Portuenſe & S. Rufinæ cantata, Cardinales xxiii. conclaue ingreſſi ſunt loco conſueto in palatio paratum. qui 3. Idus Auguſti elegerunt in Romanum Pontificem Rodericum Borgiam, vel vt alii, Boriam Valentinum, Hiſpanum, Epiſcopum Card. Portuenſem, & S. Rufinæ collegii Decanum, & S. R. E Vicecancellarium, qui Alexander Papa VI. appellatus eſt.

## Alexander VI. Pontifex CCXVII.

### Anno Christi Mcccccxii.

ALexander Papa VI. Rodericus antea vocatus, natione Hiſpanus, patria Valentinus, patrem habuit Lofredum equitem prædiuitem, matrem vero Caliſti Papæ III. ſororem. qui etſi familia Lenzolia oriundus eſſet, Borgiæ, vel Boriæ tamen familiæ nomen quo cum gentilitiis inſigniis ab auunculo Papa Caliſto donatus fuit, auito omiſſo, ſemper retinuit. hic adhuc adoleſcens ab eodem auunculo ſuo electus eſt Archiepiſcopus Valentinus, & Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, & S. R. E. Vicecancellarius creatus. à Xyſto autem IV. Epiſcopus Card. Albanus, & paulo poſt Portuenſis, & S. Rufinæ factus fuit. mortuo autem Innocentio Papa VIII. in eius locum Romæ Pontifex Maximus 5. Idus Auguſti, anno 1492. renunciatus 7. Cal. Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit in Apoſtolica ſede Impp. Cæſaribus Friderico III. & Maximiliano Auguſtis, annos xi. & dies 8.

*Cardi-*

*Cardinales XXVII. viui quando Alexander Papa VI. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Caliſt. III. & Xyſt. IV.*

Rodericus Epiſcopus Card. Portuenſis Decanus, & S.R.E. Vicecancellarius.

*Paul. II. & Xyſt. IV.*

Oliuerius Caraffa, Epiſcopus Card. Sabinus.

*Xyſtus Papa IV.*

Iulianus de Ruuere, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & maior Pœnitentiarius.

*Paul. II. & Xyſt. IV.*

Baptiſta Zeno, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

*Paul. II. & Innoc. VIII.*

Ioannes Michaelius, Epiſcopus Card. Præneſtinus.

*Xyſt. IV. & Innoc. VIII.*

Georgius Coſta Epiſcopus Card. Albanus.

*Presbyteri Cardinales XII.*

*Caliſtus Papa III.*

* Lodouicus tt. SS. quatuor Coronatorum S.R.E. Archipresbyter.

*Xyſtus Papa IV.*

*Petrus Gundiſſaluius tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Hieronymus Baſſus tt. S. Chryſogoni.
Dominicus de Ruuere tt. S. Clementis.
Paulus Fregoſius tt. S. Xyſti.
Ioannes de Comite S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
Io. Iacobus tt. S. Stephani in Cœlio monte.

*Innocentius Papa* VIII.

Laurentius Cibo, tt. S. Cæciliæ.

Ardicinus de la Porta, tt. SS. Ioannis, & Pauli.
Antoniottus Palauicinus, tt. S. Anaſtaſiæ.
* Lodouicus Spinay tt. S. Martini in montibus.
Frater Maphæus Gerardus, tt. SS. Nerei, & Acchillei.

*Diaconi Cardinales IX.*

*Pius Papa II.*

Franciſcus Picolomineus S. Euſtachii S. R. E. Archidiaconus.

*Xyſtus Papa IV.*

Raphael Riarius, S. Georgii in Velabro S. R. E. Camerarius.
Ioannes Baptiſta Sabellus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Ioannes Columna S. Mariæ in Aquiro.
Baptiſta Vrſinus S. Mariæ nouæ.
Aſcanius SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.

*Innocentius Papa VIII.*

* Frater Petrus Daubuſſon S. Hadriani.
Ioannes Medices S. Mariæ in Domnica.
Franciſcus Sanſeuerinas S. Theodori.

*Prima creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1492. Pontific. 1 pridie Cal. Septem. Romæ Papa Alexander VI. primo creauit Cardinalem num. is fuit

Ioannes Borgia eius ſororis filius, Valentinus, Hiſpanus Archiepiſcopus montis Regalis, Presbyt. Cardinalis Suſannæ.

*Secunda creatio XII. Cardinalium.*

Anno Domini 1493. Pontific. 2. 1 Cal. Octob. Romæ Papa Alexander VI. iterum creauit Cardinales; qui fuerunt
Ioannes Anglicus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, & primas Angliæ, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
Ioannes Antonius de S. Georgio, Mediolanenſis, Ep

pus Alexandrinus, Auditor Rotæ, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Frater Ioannes, Gallus, monachus, & Abbas S. Dionyſii Pariſiis, Epiſcopus Lombarienſis, orator regis Francorum, Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ.

Bernardinus Caruaial Placentinus, Hiſpanus, Epiſco. Carthaginienſis, orator regis Hiſpaniarum, Presbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, poſt tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Raimundus Perauluſi Sanctonenſis, Gallus, ex Epiſcopo Nouarienſi, Viterbienſis, poſt Curcenſis, deinde Sanctonenſis, Presb. Card. tt. S. Vitalis, poſt SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Cæſar Borgia, Hiſpanus, filius nothus Papæ Alexandri, ciuis, & electus Archiepiſcopus Valentinus, Diac. Card. S. Marię nouæ.

Hippolytus Eſtenſis Ferrarienſis, electus Archiepiſcopus Strigonienſis, poſt Agrienſis, Diacon. Card. S. Luciæ in Silice.

Fridericus Caſſimirus filius regis Poloniæ, electus Epiſcopus Gracouienſis Diaconus Cardinalis S. Luciæ in Septiſolio.

Iulianus Cæſarinus, Romanus, electus Epiſcopus Aſculanus Diaconus Cardin. SS. Sergii, & Bacchi, poſt S. Angeli.

Dominicus Grimanus, Venetus, Protonot. Apoſtolicus Diac. Card. S. Nicolai inter imagines, poſt Presbyter tt. S. Marci.

Alexander Farneſius Romanus, Protonot. & Theſaurarius Apoſtolicus, Diaconus Cardin. SS. Coſmæ, & Damiani.

Bernardinus de Lunate, Papienſis, Protonot. Apoſtolicus Diac. Card. S. Cyriaci in Thermis. vnum vero Cardinalem ſibi in pectore reſeruauit arbitrio ſuo publicãdum, quem triennio poſt publicauit.

*Tertia vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1495. Pontificatus 3. 17. Cal. Februarii Romæ, Alexander Papa VI. tertio creauit Cardinalem, is fuit

Guillelmus Briſſoneta, Gallus, Epiſcopus Maclouienſis, Presbyt. Card. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.

*Quarta creatio IV. Cardinalium.*

Anno Domini 1496. Pontific. 4. 11. Calen. Martii Romæ, Papa Alexander VI. quarto creauit Cardinales, qui fuerunt

Bartholomæus Martini, Valentinus, Hiſpanus, œconomus ſuus, Epiſcopus Segobienſis, Presbyter Cardin. tt. S. Agathæ.

Ioannes de Caſtro, Valentinus, Hiſpanus, Arcis Præfectus, Epiſcopus Agrigentinus, Presbyter Cardin, tt. S. Priſcæ.

Ioannes Lopes, Valentinus, Hiſpanus, Datarius, Epiſcopus Peruſinus, poſt Archiepiſcopus Capuanus, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Ioannes Borgia, Valentinus, Hiſpanus, Papæ nepos, electus Epiſcopus Melfitenſis Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

*Publicatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1496. Pontific. 4. Papa Alexander VI. eum Cardinalem publicauit, quem ſibi in ſecunda creatione in pectore reſeruauerat. is fuit

Lodouicus de Arragonia, Neapolitanus, regis nepos, electus Epiſcopus Auerſanus, Diaconus Cardin. S. Mariæ in Coſmedin.

*Quinta creatio vnius Cardinalis.*

Anno Dom. 1497. Pontific. 6. 12. Cal. Ianuarii Romæ, Papa Alexander VI. creauit vnum Cardinalem, qui fuit

Philippus de Lutcemburgo, Gallus, Epiſcopus Cœnomanenſis, & Morinenſis, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini & Petri.

*Sexta vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1498. Pontificat 7. Romæ pridie Idus Septembris, Papa Alexander creauit Cardinalem vnum, is fuit

Georgius de Amboſia, Gallus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Xyſti.

*Septima trium Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1500. Pontific. 8. 13. Cal. Aprilis Romæ, Papa Alexander tres cre uit Cardinales, videlicet Didacũ de Mendozza, Lodouicum Borgiam, & Amaneum de Alibretto, quos tamen non niſi in ſequenti nouem Cardinalium creatione publicauit.

*Octaua IX. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1500. Pontific. 9. 4. Cal. Octobr. Romę, Alexander Papa VI. nouem creauit Cardinales, & tres iam creatos publicauit: hi fuere

Thomas ex oppido Herdouth, Verſprimienſis diœceſis, Hungarus, Archiepiſcopus Strigonienſis, Presb. Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.

Iacobus Serra, Valentinus, Hiſpanus, Epiſcopus Arborenſis, vrbis Gubernator, Presbyt. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte; poſt tt. S. Clementis.

Petrus Iſualies, Meſſanenſis, Siculus, Archiepiſcopus Rhegynus, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Didacus Fhurtadus de Mendozza, Hiſpanus, Archiepiſcopus Hiſpalenſis, & Patriarcha Alexandrinus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Franciſcus Borgia, ex oppido Sauina, Valentinæ diœceſis, Hiſpanus, Caliſti Papæ, vt credebatur, filius, Archiepiſcopus Conſentinus, Presbyter Cardinalis, tt. S. Cæciliæ.

Ioannes Verra, Valentinus, Hiſpanus, Archiepiſcopus Salernitanus, tt. S. Balbinæ.

Lodouicus Podacatarus, Nicoſiẽſis, Cyprius, Grecus, Epi-

ſcopus Caputaquenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Agathæ.

Ioannes Antonius Triuulcius, Mediolanenſis, Auditor Rotæ, Epiſcopus Comenſis, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Ioannes Baptiſta Ferrarius, ciuis, & Epiſcopus Mutinenſis, Datarius, Presbyt Card. tt. S. Chryſogoni.

Amaneus de Alibretto, Gallus, regio Francorum Regum genere ortus, Protonot. Apoſtolicus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Frater Lodouicus Borgia, ſororis Alexandri Papæ filius, Ioannis Cardinalis Montis regalis frater, Valentinus, Hiſpanus, Miles Hoſpitalis, & prior S. Euphemiæ, electus Archiepiſcopus Valentinus, Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

Marcus Cornelius, Venetus, Protonot. Apoſtolicus Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ, poſt S. Mariæ in porticu.

*Nona vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini M D. . . . Pontificatus 5. . . . Papa Alexander Romæ vnum creauit Cardinalem: is fuit

Ioannes Stephanus Ferrerius, ex oppido Biella, Vercellenſis diœceſis, Epiſcopus Bononienſis, Auditor Rotæ, Presbyter Card, tt. S. Sergii, & Bacchi, poſt S. Vitalis, Veſtinæ.

*Decima IX. Cardinalium creatio.*

Anno Domini MDIII. Pontif. XI. prid. Cal. Iunii Romæ Papa Alexander VI. decimo creauit Cardinales, qui fuerunt

Ioannes Caſtelliar, Hiſpanus, Archiepiſcopus Tranenſis, Presbyt. Card. tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

Franciſcus Remolinus, Valentinus, Hiſpanus, Archiepiſcopus Surrentinus, Presbyter Card. tt. S. . . .

Franciſcus Soderinus, Florentinus, Epiſcopus Volaterranus, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ.

Melchi-

Melchior Copis Germanus, Epiſcopus Brixinenſis, Presbyter Card. tt. S. . . .

Nicolaus de Fliſco, Genuenſis V. I. Doctor, ex Epiſcopo Foroiulienſi, Tolonenſis, Preſbyter Card. tt. S. Nicolai inter imagines.

Franciſcus de Sprats, Aureolenſis, Hiſpanus, Epiſcopus Legionenſis, Presbyter Card. tt. SS. Sergii, & Bacchi.

Hadrianus Caſtellenſis, Cornetanus, ex Epiſcopo Elfordienſi Bathonienſis in Anglica, Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni.

Iacobus Caſanoua, Valentinus, Hiſpanus, Protonot. & Cubicularius Apoſtolicus, Presbyter Cardin. tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Franciſcus Iloris, Valentinus, Hiſpanus, electus Epiſcopus Eluenſis, Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ.

*Epiſcopi Cardinales III. creati ab Alexandro Papa VI.*

Ioannes Michaelius ex Præneſtino Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Hieronymus Baſſus, ex Presbytero, tt. S. Chryſogoni Xyſti IV. Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Georgius Coſta, ex Epiſcopo Albano Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, poſt Portuenſis.

Laurentius Cibo ex Presbytero, tt. S. Marci Innocentii VIII. Epiſcopus Card. Albanus, poſt Tuſculanus.

Antoniottus Palauicinus ex Preſbytero tt. S. Praxedis Innocentii Papæ VIII Epiſcopus Card. Albanus.

Baptiſta Vrſinus, ex Diacono S. Mariæ nouæ Xyſti IV. Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Papa Alexander decem ordinationibus menſibus Ianuario, Februario, Martio, Iunio, Auguſto, & Septembri factis, tres & quadraginta creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos tres, ſed eos ex antiquis cardinalibus Presbyteros XXXI. in his vnum ex antiquo Diacono, & Diaconos XIII.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Aſcanius Maria Vicecomes Sfortia, Mediolanenſis, Diac.
Card. SS. Viti, & Modeſtæ, in macello martyrum S.R.
E. Vicecancellarius ſub Papa Alexandro VI.

*Cardinales XXIII. mortui ſub Alexandro Papa VI.*

Frater Mapheus Gerardus, Venetus, ordin. minorum C.
maldulenſis, Preſbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achill.
obiit Narniæ, rediens ex vrbe Venetias poſt comitia A-
lexandrina, anno 1492. Pontific. 1. cadauer Venetias
portatum.

Ardicinus de la Porta, Nouarienſis, Presbyter Cardin. tt.
Pammachii, obiit Romæ prid. nonas Februarii, anno
1493. Pontific. 1. ſepultus ad S. Petrum.

Ioannes de Comitibus, Romanus Presbyter Cardin. tt. S.
Vitalis, obiit Romæ 13. calen. Nouembris, anno 149
Pontific. 2. ſepultus ad S. Mariam de Ara cœli.

Petrus Gundiſſaluius de Mendozza, Preſbyter Card. tt. S.
Crucis in Hieruſalem, obiit in partibus XI. cal. Febru-
rii, anno 1495. Pontific. 3. ibique ſepultus.

Bernardinus de Lunate Papienſis, Diaconus Card. S. Cy-
riaci in Thermis, obiit Romæ 6. Idus Auguſti, anno
1497. Pontific. 6. ſepultus ad Populum.

Io. Iacobus Sclafenatus, Preſbyter Card. tt. S. Stephani in
monte Cœlio, obiit Romæ 5. Idus Decembris, eod.
anno: ſepultus in eccleſia S. Auguſtini.

Paulus Fregoſus, Ciuis, Dux, & Archiepiſcopus Genuen-
ſis, Presbyter Card. tt. S. Xyſti, obiit Romæ 13. cal. A-
prilis anno 1498. Pontific. 6. ſepultus ad SS. Apoſto.

Cæſar Borgia Hiſpanus, filius nothus Papæ, Diac. Card.
Mariæ nouæ Cardinalatu abdicauit prid. cal. Septem.
anno 1498. Pontific. 7. occiſus poſtea ſub Papa Iulio.

Io. Baptiſta Sabellus, Romanus, Diac. Card. S. Nicolai in
carcere Tulliano, obiit Romæ 14. cal. Octobris eod.
anno: ſepultus ad S. Mariam de Ara cœli.

Frater Ioannes Gallus, Monachus, & Abbas S. Dion.
Preſbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit Romæ 8. Idus Au-
guſti, anno 1499. Pontific. 7.

Ioa

Ioannes Borgia, Valentinus, Papæ Alexandri ex ſorore pronepos, Diac. Card. S. Mariæ in via lata, obiit Vrbini anno 1500. Pontific. 8. 16. cal. Februarii.

Bartholomæus Martini Valentinus, Preſbyter Card. tt. S. Agathæ, obiit Romæ 8. cal. Februarii eiuſdem anni: ſepultus ad S. Petrum in Vaticano.

Ioannes Anglus, Preſbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, obiit, & ſepultus eſt in Anglia, anno Domini 1500. Pont. 8.

Dominicus de Ruuere Taurinenſis, Preſbyter Card tt. S. Clementis, obiit Romæ 9. cal. Maii, anno 1501. Pontificat. 9. ſepultus ad Populum.

Baptiſta Zeno, Venetus, Epiſcopus Card. Tuſculanus, Archipreſbyter S. Petri, obiit Patauii menſe Maio, anno 1501. Pontific. 9. cadauer Venetias translatum in Sacello prope S. Marcum ſepultum eſt.

Ioannes Lopes, Valentinus, Preſbyter Card. tt. S. Mariæ Transtiberim, obiit Romæ 8. Idus Auguſti, anni 1501. Pontific. 10. ſepultus ad S. Petrum.

Ioannes Baptiſta Ferrarius, Mutinenſis, Preſbyter Card. tt. S. Chryſogoni, obiit Romæ 6. calen. Auguſti, anno 1502. Pontific. 10. ſepultus ad S. Petrum.

Didacus Fhurtadus de Mendozza, Hiſpanus, Preſbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit in Hiſpania apud Maioricum, prid. Idus Octob. anno 1502. Pontific. xi. ibiq; ſepultus.

Baptiſta Vrſinus, Romanus, Preſbyter Card. tt. Pammachii, obiit Romæ in mole Hadriani, veneno ſublatus, anno 1503. Pontific. xi. ſepultus ad S. Petrum.

Ioannes Michaelius, Venetus, Epiſcopus Veronenſis, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſcopus Card. Portuenſis, obiit Romæ, veneno ſublatus 4. Idus Aprilis, anno Domini 150 . Pont. x . ſepultus ad S. Marcellum.

Ioannes Borgia, ſororis Papæ Alexandri filius, Valentinus, Preſbyter Card. tt. S. Suſannæ, obiit Romæ: ſepultus ad S. Petrum anno 1500. . . .

Fridericus Caſſimirus, Polonus, Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio, obiit & ſepultus eſt in Polonia, anno 1503.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lodouici Spinay, Presbyteri Cardinalis tt. S. Martini in montibus, & Fratris Petri Daubuſſor, Diaconi Card. S. Hadriani. } exitus obſcu[ri] ſunt.

*Obitus Papæ Alexandri VI.*

Anno Domini 1503. 15. cal. Septembris, Romæ in pa-latio Apoſtolico ex veneno obiit Alexander Papa VI. ca-dauer eius in ſacrario Baſilicæ S. Petri ſepultum eſt. Vaca-uit ſedes menſem 1. & dies 4.

Eodem anno 14. cal. Septembris eius exequiæ mo[re] Romano à Cardinalibus celebrari ſunt cœptæ.

Eodem anno 5. cal. Septembris miſſa Spiritus ſancti à[b] Epiſcopo Sabino cantata, Cardinales XXXVII. conclaue in-greſſi ſunt loco ſolito præparatum, vbi 10. cal. Octobris e-legerunt in Romanum Pontificem Franciſcum Picolomi-neum, Senenſem, Archidiaconum Cardinalem S. Euſta-chii, qui Pius Papa III. appellatus eſt.

## Pius III. Pontifex CCXVIII.

ANNO CHRISTI MDIII.

PIus Papa III. Franciſcus antea vocatus, natione Tu-ſcus, patria Senenſis, Pii Papæ II. ex ſorore Laodo[mia] nepos fuit: qui ab auunculo gentilitiis inſigniis, & no[mi]-ne donatus, Archiepiſcopuſque Senenſis deſignatus, [non] longe poſt Diaconus Card. S. Euſtachii creatus eſt. m[ul]-tis autem legationibus pro Reip. Chriſtianæ arduis neg[o]-ciis in Cardinalatu ſuſceptis clarus euaſit. quare mo[rtuo] Alexandro Papa VI. Romæ in eius locum, quum eſſet [S.] R.E. Archidiaconus, omnium Cardinalium ſuffragiis [10.] cal. Octobris, anno 1503. Pontifex Maximus renuncia[tus] 8. Idus Octobris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede, Imp. Cæſare Maxi[mi]-liano dies tantum 26.

*Cardinales XLVI. viui quando Pius Papa III. creatus eſt.*

Epi[ſ-]

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Paul. II. & Xyſt. IV.*

Oliuerius Caraffa, Epiſcopus Card. Sabinus Decanus.

*Xyſtus Papa IV.*

Iulianus de Ruuere, Epiſcopus Card. Oſtienſis, maior Pœnitentiarius.

*Xyſt. IV. & Innoc. VIII.*

Georgius Coſta, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinę.

*Xyſt. IV. & Alex. VI.*

Hieronymus Baſſus, Epiſcopus Cardinalis Prænestinus.

*Innoc. VIII. & Alex. VI.*

Laurentius Cibo, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Antoniottus Palauicinus, Epiſcopus Card. Albanus.

*Presbyteri Cardinales XXV.*

*Caliſtus Papa III.*

* Lodouicus Milanus, tt. SS. quatuor Coronatorum S. R. E. Archipresbyter.

*Alexander Papa VI.*

Ioannes Antonius de S. Georgio tt. SS. Nerei, & Achillei.

Bernardinus Caruaial, tt. S. Crucis in Hieruſalem.

* Raimundus Perauluſi tt. SS. Ioannis, & Pauli.

* Guillelmus Briſſoneta tt. S. Pudentianæ.

Ioannes de Caſtro tt. S. Priſcæ.

* Philippus de Lutcemburg tt. SS. Marcellini, & Petri.

Georgius de Amboſia tt. S. Xyſti.

* Thomas Hungarus tt. S. Martini in montibus.

Iacobus Serra tt. S. Clementis.

* Petrus Iſualies tt. S. Cyriaci in Thermis.

Franciſcus Borgia tt. S. Cæciliæ.

Ioannes Verra tt. S. Balbinæ.

Lodouicus Podacatarus tt. S. Agathæ.

Antonius Triuulcius tt. S. Anaſtaſiæ.

Dominicus Grimanus tt. S. Marci.

Io. Stephanus Ferrerius tt. S. Vitalis.

Ioannes Caſtelliar tt. S. Mariæ Tranſtiberim.
* Franciſcus Remolinus S.R.E. Preſbyter Cardinalis.
Franciſcus Soderinus tt. S. Suſannæ.
* Melchior Copis S.R.E. Presbyter Cardinalis.
Nicolaus de Fliſco tt. S. Nicolai inter imagines.
Franciſcus de Sprats tt. S. Sergii, & Bacchi.
Hadrianus Caſtellenſis tt. S. Chryſogoni.
Iacobus Caſanoua tt. S. Stephani in Cœlio monte.

*Diaconi Cardinales XIV.*

*Pius Papa II.*

Franciſcus Picolomineus S. Euſtachii S. R. E. Archidia-

*Xyſtus Papa IV.*

Raphael Riarius S. Gregorii in Velabro S. R. E. Camerarius.
Ioannes de Columna S. Mariæ in Aquiro.
Aſcanius Maria Sfortia SS. Viti, & Modeſtæ, in Macellorum macello S.R.E. Vicecancellarius.

*Innocentius Papa VIII.*

Ioannes Medices S. Mariæ in Domnica.
Fridericus Sanſeuerinas S. Theodori.

*Alexander Papa VI.*

* Hippolytus Eſtenſis S. Luciæ in Silice.
Iulianus Cæſarinus S. Angeli.
Alexander Farneſius SS. Coſmæ & Damiani.
Lodouicus de Aragonia S. Mariæ in Coſmedin.
Amaneus de Albretto S. Nicolai in carcere Tulliano.
Lodouicus Gorgia S. Mariæ in via lata.
Marcus Cornelius S. Mariæ in porticu.
Franciſcus Iloris S. Mariæ nouæ.

*Obitus Pii Papæ II.*

Anno Domini 1503. 15. cal. Nouembris Romæ in Palatio Apoſtolico obiit Papa Pius III. cadauer in Baſilica Petri ſepultum. Vacauit ſedes dies 24.

Eodem anno xi. Kal. Nouembris eius exequiæ celebrari cœptæ.

Eodem anno prid. cal. Nouembris, Miſſa Spiritus Sancti

cti cantata, Cardinales præſentes numero 38. Conclaue ingreſſi ſunt loco conſueto paratum. Qui 4. Idus Nouembris creauerunt in Papam, Iulianũ de Ruuere, Epiſcopum Card. Oſtienſem, qui Iulius Papa II. appellatus eſt.

## Iulius II. Pontifex CCXIX.

ANNO CHRISTI MDIII.

IVlius Papa II. Julianus de Ruuere antea vocatus, natione Ligur ex Villa Albizzola, Diœceſis Sauonenſis ortus, patrem habuit Raphaelem fratrem Germanum Xyſti Papæ IV. à quo Pontifice primo Epiſcopus Carpenctoratenſis, mox Preſbyter Card. tt. S. Petri ad Vincula, deinde maior Pœnitentiarius, demum Epiſcopus Card. Oſtienſis & Veliternus creatus fuit. eum Innocentius Papa VIII. Legatum Auinionis fecit: Pio autem III. breui mortuo, Romæ in eius locum omnium Cardinalium ſuffragiis 4. Idus Nouembris anni 1503. Pontifex Maximus renunciatus 6. cal. Decembris coronatus eſt.

Sedit in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Maximiliano Auguſto annos 9. menſ. 3. & dies 12.

*Cardinales XLV. viui quando Julius Papa II. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Paul II. & Xyſt. IV.*

Oliuerius Caraffa Epiſcopus Card. Sabinus, Decanus.

*Xyſtus Papa IV.*

Iulianus de Ruuere, Epiſcopus Cardin. Oſtienſis, maior Pœnitentiarius.

*Xyſt. IV. & Innoc. VIII.*

Georgius Coſta, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

*Xyſt. IV. & Alex. VI.*

Hieronymus Baſſus, Epiſcopus Card. Præneſtinus.

*Innoc. VIII. & Alex. VI.*

Laurentius Cibo, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoniottus Palauicinus, Epiſcopus Card. Albanus.

*Presbyteri Cardinales XXV.*

*Caliſtus Papa III.*

* Lodouicus Milanus tt. SS. IV. Coronatorum S. R. E. Archipresbyter.

*Alexander Papa VI.*

Ioannes Antonius tt. SS. Nerei & Achillei.
Bernardinus Caruaial, tt. S. Crucis in Hieruſalem.
* Raimundus Peraululi tt. Pammachii.
* Guillelmus Briſſoneta tt. Paſtoris.
Ioannes de Caſtro tt. S. Priſcæ.
* Philippus de Lutcemburgh tt. SS. Marcellini, & Petri.
Georgius de Amboſia tt. S. Xyſti.
* Thomas Vngarus tt. Equitii.
Iacobus Serra tt. S. Clementis.
Petrus Iſualies tt. S. Cyriaci in Thermis.
Franciſcus Borgia tt. S. Cæciliæ.
Ioannes Verra tt. S. Balbinæ.
Lodouicus Podacatarus tt. S. Agathæ.
Antonius Triuulcius tt. S. Anaſtaſiæ.
Dominicus Grimanus tt. S. Marci.
Ioannes Stephanus Ferrerius tt. S. Vitalis.
Ioannes Caſtelliar tt. S. Mariæ Tranſtiberim.
* Franciſcus Remolinus S. R. E. Presbyter Cardinalis.
Franciſcus Soderinus tt. S. Suſannæ.
* Melchior Copis S. R. E. Presbyter Cardinalis.
Nicolaus de Fliſco tt. S. Nicolai inter imagines.
Franciſcus de Sprats tt. SS. Sergii & Bacchi.
Hadrianus Caſtellenſis tt. S. Chryſogoni.
Iacobus Caſanoua tt. S. Stephani in Cœlio monte.

*Diaconi Cardinales XIII.*

*Xyſtus Papa IV.*

Raphael Riarius S. Georgii in Velabro S. R. E. Camerarius, & Archidiac.

Ioan-

Ioannes de Columna S. Mariæ in Aquiro.
Aſcanius SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum S. R. E. Vicecancellarius.

*Innocentius Papa VIII.*

Ioannes Medices S. Mariæ in Domnica.
Franciſcus Sanſeuerinas S. Theodori.

*Alexander Papa VI.*

Hippolytus Eſtenſis S. Luciæ in Silice.
Iulianus Cæſarinus S. Angeli.
Alexander Farneſius SS. Coſmæ, & Damiani.
Lodouicus de Arragonia S. Mariæ in Coſmedin.
Amancus de Alibretto S. Nicolai in carcere Tulliano.
Lodouicus Borgia S. Mariæ in Via lata.
Marcus Cornelius S. Mariæ in Porticu.
Franciſcus Ilofis S. Mariæ nouæ.

*Prima creatio IV. Cardinalium.*

Anno Domini 1503. Pontific. 1. 3. cal. Decembris Romæ Papa Iulius II. in primo conſiſtorio quattuor creauit Cardinales; qui fuerunt

Franciſcus Guillelmus de Claromonte, Gallus, ex Epiſcopo S. Pauli, Archiepiſcopus Narbonenſis, deinde Auxitanus, Presbyter Cardinalis tt. S. . . .
Ioannes de Eſtunica, Hiſpanus, Magiſter de Alcantara, Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Presbyter Card.
Frater Clemens Groſſus de Ruuere, Sauonenſis, ſororis Papæ Xyſti filius, ordinis minorum, ex Epiſcopo Minatenſi Mendenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. . . .
Galeottus Franciottus de Ruuere, Ciuis, & Epiſcopus Lucenſis, Luchinæ ſororis Papæ Iulii II. filius, Presbyter Card. S. Petri ad Vincula tt. Eudoxiæ.

*Secunda IX. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1505. Pontificatus 3. 13. calend. Ianuarii, Romæ Papa Iulius II. iterum creauit Cardinales; qui fuere

Frater Marcus Vogerius, Sauonenſis, Ligur, ordinis mi-
norum, Theologus. Epiſcopus Senogallienſis, Preſby-
ter Card. tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

Robertus Britto, Gallus, Epiſcopus Redonenſis, orator
Regis Francorum, Preſbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Leonardus Groſſus de Ruuere, Sauonenſis, Ligur fra-
Cardinalis Medenſis, Epiſcopus Agennenſis, Preſbyter
Card. tt. S. Suſannæ, poſt maior Pœnitentiarius.

Antonius Forrerius, Sauonenſis, Epiſcopus Eugubinus,
Presbyter Card. tt. S. Vitalis.

Franciſcus Alidoſius ex oppido Riua, Forocornelien-
Diœceſis, ex Epiſcopo Papienſe Bononienſis, Theſau-
rarius Apoſtolicus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Carolus de Caretto ex comitibus Finarii, Genuenſis, Ar-
chiepiſcopus Thebanus, Presbyter Card. tt. SS. Sergii
& Bacchi, poſt tt. S. Cæciliæ.

Gabriel de Gabrielibus, Fanenſis, Epiſcopus Vrbinas, Pre-
sbyter Card. tt. S. Praxedis.

Factius Sanctorius, Viterbienſis, Epiſcopus Cæſenas, Da-
tarius & Cameræ Apoſtolicæ clericus, Presbyter Card.
tt. S. Sabinæ.

Sigiſmundus Gonzaga, ciuis, & electus Epiſcopus Man-
tuanus, Diac. Cardin. SS. Viti, & Modeſtæ in macello
martyrum, poſt S. Mariæ nouæ.

*Tertia creatio III. Cardinalium.*

Anno Domini 1506. Pontific. 3. menſe Septembri Bo-
noniæ Iulius Papa II. tres creauit Cardinales; qui fuere.

Franciſcus de Amboſia, Gallus, Epiſcopus Albienſis, Pre-
sbyter Card. tt. S. . . .

. . . Gallus, Archiepiſcopus Narbonenſis, Presbyter
Card. tt. S. . . .

Renatus de Bria, Bituricenſis, Gallus, Epiſcopus Baio-
ſis, Presbyter Card. tt. S. . . .

*Quarta vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1507. Pontific. 4. 16. cal. Iunii Ro-
Papa Iulius II. creauit Cardinalem vnum; qui fuit

Fr

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Frater Franciſcus Symenes, ex oppido Ciſneros, Palentinæ Diœceſis, Hiſpanus, ordinis minorum de obſeruantia, Archiepiſcopus Toletanus, Presbyter Cardinalis tt. S. Balbinæ.

*Quinta vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1508. Pontific. 5. 3. Idus Septembris Romæ, Papa Iulius II. vnum creauit Cardinalem; qui fuit

Frater Xyſtus Gara de Ruuere, Lucenſis, Luchinæ ſororis Papæ Iulii ex altero marito filius, Miles Hoſpitalis, prior vrbis, Epiſcopus Lucenſis, Patauinus Cremonenſis, Archiepiſcopus Beneuentanus, Presbyter Card. tt. S. Petri ad Vincula, & S. R. E. Vicecancellarius.

*Sexta IX. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1511. Pontific. 8. menſe Martio, Rauennæ Papa Iulius II. nouem creauit Cardinales, qui fuere

Chriſtophorus Anglus, Archiepiſcopus Eboracenſis, orator Regis Anglorum, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Antonius de Monte S. Sabini, Diœceſis Arretinæ Tuſcus, Archiepiſcopus Sypontinus, auditor cameræ Apoſtolicæ, Presbyter Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ.

Matthæus Heluetius, Epiſcopus Sedunenſis, Presbyter Card. tt. S. Pudentianæ.

Petrus Accoltus Arretinus, Epiſcopus Anconitanus auditor Rotæ Presbyter Card. tt. S. Euſebii.

Achilles Graſſus, Bononienſis, Epiſcopus Tiphernas, auditor Rotæ, Presbyter Card. tt. S. Xyſti.

Franciſcus Argentinus Venetus, Epiſcopus Concordienſis, Datarius, Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Bendinellus Saulius, Genuenſis, electus Epiſcopus Hieracenſis, Diaconus Cardin. S. Hadriani, poſt Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Alphonſus Petrucius, Senenſis, electus Epiſcopus Groſſetanus, Diac. Card. S. Theodori.

Matthæus Langus, Germanus, electus Curcenſis, Diaconus Card. S. Angeli.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Epiſcopi Cardinales IX. creati à Papa Iulio II.*

Oliuerius Caraffa, ex Epiſcopo Cardinale Sabino Oſtien-
ſis, & Veliternus.

Hieronymus Baſſus ex Epiſcopo Cardinale Præneſtin
Sabinus.

Laurentius Cibo ex Epiſcopo Cardinale Tuſculano Præ-
neſtinus.

Antoniottus Palauicinus, ex Albano Tuſculanus, & poſt
Præneſtinus.

Raphael Riarius ex Diacono S. Georgii in Velabro Xyſti
IV. Epiſcopus Cardinalis Albanus, poſt Tuſculanus, de-
inde Præneſtinus, poſtea Sabinus, poſt Portuenſis, de-
mum Oſtienſis, & Veliternus.

Ioannes Antonius de S. Georgio, ex Presbytero Cardin
tt. SS. Nerei, & Achillei, Alexandri VI. Epiſcopus Car
Albanus, poſt Tuſculanus, deinde Præneſtinus, de
mum Sabinus.

Bernardinus Caruaial, ex Presbytero tt. S. Crucis. in Hie
ruſalem Alexandri VI. Epiſcopus Card. Albanus, poſt
Tuſculanus, deinde Præneſtinus, demum Sabinus.

Guillelmus Briſſoneta, ex Presbytero tt. Paſtoris Alexan-
dri VI. Epiſcopus Cardinalis Albanus, poſt Tuſculanus
deinde Præneſtinus.

Dominicus Grimanus, ex Presbytero tt. S. Marci, Alexan-
dri VI. Epiſcopus Card. Albanus, poſt Tuſculanus, de-
inde Portuenſis, & S. Rufinæ.

Philippus de Lutcemburgo, ex Presbytero tt. SS. Marce
lini, & Petri, Alexandri VI. Epiſcopus Card. Albanus
poſt Tuſculanus.

Iacobus Serra, ex Presbytero Alexandri VI. Epiſcop
Card. Albanus.

Franciſcus Soderinus, ex Presbytero Baſilicæ Apoſtolo
rum, Alexandri VI. Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Frater Marcus Vogerius, ex Presbytero tt. Caliſti, Epiſco
pus Cardinalis Præneſtinus.

Lod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lodouicus Borgia, ex Diacono S. Mariæ in via lata, Alexandri VI. preſbyter Card. tt. S. Marcelli, & maior Pœnitentiarius.
Antonius Triuulcius, ex Presbytero tt. S. Anaſtaſiæ, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Franciſcus Remolinus, Preſbyter Cardin. tt. Pammachii, poſt S. Marcelli.
Franciſcus Borgia, ex Presbytero tt. S. Cæciliæ, Presbyter Card. tt. S. . . . .
Io. Stephanus Ferrerius ex Presbytero tt. Veſtinæ, Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis.
Nicolaus de Fliſco, ex Presbytero tt. S. Nicolai inter imagines, Presbyter tt. S. Priſcæ.
Melchior Copis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.
Alexander Farneſius, ex Diacono SS. Coſmæ, & Damiani Diaconus S. Euſtachii.
Marcus Cornelius, ex Diacono S. Mariæ in porticu, Diac. Cardinalis S. Mariæ in via lata.
Fridericus Sanſeuerinus, ex Diacono S. Theodori, Diaconus Cardinalis S. Angeli.

Papa Iulius II. ſex ordinationibus menſibus Martio, Maio, Septembri, Nouembri, & Decembri factis, 27. creauit nouos Cardinales, videlicet Epiſcopos nouem, ſed octo ex antiquis Cardinalibus, Presbyteros XXIII. in his vnum ex antiquis Diaconis, & Diaconos IV.

*Vicecancellarii S. R. E. ſub Iulio Papa II.*

Aſcanius Maria Sfortia, Vicecomes S.R.E. Diac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum, annis primo, & ſecundo Pontificatus.
Galeottus Franciottus de Ruuere, Presbyter Card. tt. S. Petri ad Vincula, annis Pontificatus tertio, quarto, & quinti parte.
Xyſtus Gara de Ruuere, Presbyter Cardin. tt. S. Petri ad Vincula, ab anno quinto, ad finem Pontificatus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Cardinales XXXIX. mortui vel priuati ſub Iulio Papa II.*

Laurentius Cibo Genuenſis, Epiſcopus Card. Præneſti-
nus, obiit Romæ calend. Decembris, anno 1503. Pon-
tific. primo. ſepultus in Sacello ſuo ad Populum.

Ioannes Caſtelliar Hiſpanus, Presbyter Card. tt. S. Ma-
Transtiberim, obiit Valentiæ in Hiſpania, cum iret a-
regem Hiſpaniarum, cal. Ianuarii anno 1504. Pontif.
primo, ibique ſepultus.

Iacobus Caſanoua, Valentinus, Presbyter Card. tt. S. Ste-
phani in monte Cœlio, obiit Romæ 4. nonas Iulii, an-
no 1504. ſepultus ad S. Mariam de Populo.

Ioannes de Eſtunica, Magiſter de Alcantara, Presby-
Card. obiit in Hiſpania Guadalupi 6. cal. Auguſti, e-
dem anno, ibique ſepultus.

Lodouicus Milanus tt. SS. quatuor Coronatorum S.R.E.
Archipresbyter, obiit in Hiſpania, anno 1504. Pon-
catus primo.

Franciſcus Sprats, Aureolenſis, Presbyter Card. tt. SS. Ser-
gii, & Bacchi, obiit Romæ 4. Idus Septemb. anni 150-
ſepultus ad S. Saluatorem in Lauro.

Antoniottus Palauicinus, Genuenſis, Epiſcopus Card.
Præneſtinus, obiit Romæ, anno 1504. Pontific. 1. ſe-
pultus ad S. Praxedem.

Aſcanius Maria Sfortia, Vicecomes Mediolanenſis, Di-
Card. SS. Viti, & Modeſtæ, in macello martyrum,
R. E. Vicecancellarius, obiit Romæ 6. cal. Iunii, an-
1505. Pontific. 2. ſepultus ad S. Mariam de Populo.

Frater Clemens Groſſus de Ruuere, ord. minorum, Pre-
sbyter Cardin. obiit Romæ, anno 1505. ibiq; ſepul-

Raimundus Perauldi, Sanctonenſis, Presbyter Card.
Pammachii. obiit Viterbii in legatione nonis Septem-
bris, anni 1505. ſepultus ad Trinitatem.

Ioannes de Caſtro, Hiſpanus, Presbyter Cardin. tt. S. P-
ſcæ, obiit Romæ 6. nonas Octobris, anno 1506. Pon-
tific. 3. ſepultus ad Populum.

Lo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lodouicus Podacatarus, Cyprius, Presbyter Card. tt. S. Agathæ, obiit Romæ eodem anno, ſepultus ad S. Mariam de Populo.

Franciſcus Iloris, Valentinus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Romæ 5. nonas Maii, anno 1507. Pontific. 4. ſepultus ad S. Petrum.

Ioannes Verra, Valentinus, Hiſpanus, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ Epiſcopus Leodienſis, obiit Romæ 4. nonas Maii, eodem anno ſepultus ad S. Auguſtinum.

Hieronymus Baſſus de Ruuere, Sauonenſis, Epiſcopus, Card. Sabinus, obiit Romæ 4. nonas Maii eodem anno; ſepultus ad S. Mariam de Populo.

Antonius Triuulcius, Mediolanenſis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio, obiit Romæ anno 1508. ſepultus ad Populum, anno Pontific. 5.

Antonius Forerius, Sauonenſis, Presbyter Card. tt. Veſtinæ. Obiit Romæ in Arce 10. Cal. Auguſti eiuſdem anni; ſepultus eſt ad S. Auguſtinum.

Galeottus Franciottus de Ruuere, Lucenſis, Epiſcopus Lucenſis, Patauinus, Cremonen. Archiepiſcopus Beneuentanus, Presbyter Card. tt. Eudoxiæ, & S. R. E. Vicecancellarius, obiit Romæ XI. calend. Auguſti, anno 1508. Pontific. 5. ſepultus ad S. Petrum.

Georgius Coſta Portugallẽſis, Hiſpanus, Epiſcopus Card. Portuenſis, obiit Romæ 13. cal. Octobris eiuſdem anni; ſepultus ad Populum.

Ioannes de Columna, Romanus, Diac. Cardin. S. Mariæ in Aquiro, obiit Romæ 6. cal. Octobris, eodem anno, ſepultus ad SS. Apoſtolos.

Ioannes Antonius de ſancto Georgio, Mediolanenſis, Epiſcopus Card. Sabinus, obiit Romæ 7. cal. Aprilis anno 1509. Pontific. 6. ſepultus ad S. Celſum.

Melchior Copis, Germanus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio, obiit Romæ 6. nonas Martii, anno 1510. Pōtific. 7. ſepultus ad S. Mariam de Aracœli.

Factius Sanctorius, Viterbienſis, Presb. Card. tt. S. Sabinæ,

obiit Romæ xi. cal. Aprilis, anno 1510. Pontific. 7. ſe-
pultus ad S. Petrum.

Iulianus Cæſarinus, Romanus, Diac. Card. S. angeli, ob-
iit Romæ eodem anno, ſepultus ad minores in eccleſia
S. Mariæ de Aracœli.

Ioannes Stephanus Ferrerius, Vercellenſis, Presbyt. Card.
tt. S. Clementis, obiit Romæ 3. Idus Octobris eiuſdem
anni, ſepultus in titulo ſuo.

Oliferius Caraffa, Neapolitanus, Epiſcopus Card. Oſti-
enſis & Decanus, obiit Romæ 13. calend. Februarii anni
1511. Pontific. 8. ſepultus ad Mineruam, poſt Neapo-
lim translatus in cathedrali conditus eſt.

Georgius de Amboſia, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Xy-
ſti. Legatus Auinionis, & totius Galliæ, obiit Lugduni
Idibus Maii eodem anno, ibique ſepultus.

Franciſcus Alidoſius, Forocornelienſis, Presbyter Card.
tt. S. Cæciliæ occiſus Rauennæ 9. cal. Auguſti. eodem
anno ibidemque ſepultus.

Petrus Iſualies, Meſſanenſis, Siculus, Presbyter Card. tt.
S. Cyriaci in Thermis, obiit Cæſennæ 9. cal. Octobris
anno 1510. Pontific. 8. Romam translatus ad Eccleſiam
S. Mariæ maioris, cuius erat Archipresbyter, ſepultus
eſt.

Lodouicus Borgia, Valentinus, Hiſpanus, Presbyt. Card.
tt. S. Marcelli, & maior Pœnitentiarius, obiit Neapoli
4. nonas Octobris eiuſdem anni, ibiq; in eccleſia S. Pe-
tri de Mayella ad Cæleſtinos ſepultus.

Bernardinus Caruaial, Hiſpanus, Epiſcopus Cardinalis
Sabinus.

Guillelmus Briſſoneta Gallus, Epiſcopus Cardinalis Præ-
neſtinus.

Franciſcus Borgia, Valentinus, Hiſpanus, Presbyt. Card.
tt. S. Cæciliæ.

Renatus de Bria Baiocenſis, Gallus, Presbyter Card. tt.
Sabinæ.

Fridericus Sanſeuerinas Diac. Cardinalis S. Angeli in
bl

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

blico Conſiſtorio 9. Cal. Nouembris anni 1511. Pontificat. 9. omnibus dignitatibus, beneficiis Eccleſiaſticis, Pileo Cardinalitio, ac titulis à Papa Iulio II. priuati ſunt; ex quibus

Franciſcus Borgia iam ſeptuagenarius, Regii Lepidi in Lõbardia, pridie Nonas Nouembris eiuſdem anni, mortuus eſt; ibique ſepultus.

Gabriel de Gabrielibus Fanenſis, Presbyt. Card. S. Praxedis, obiit Romæ 18. Calend. Decembr. anno 1511. ſepultus in titulo ſuo.

Franciſcus de Amboſia, Epiſcopus Albienſis, Presbyter Cardinalis, obiit Laureti in Piceno anno 1512. Pontificatus 9. Ibidem in eccleſia Beati Virginis Lauretanæ ſepultus.

Archiepiſcopus quoque Narbonenſis, qui ab eodem Iulio II. Presbyter Card. creatus eſt, cuius nomen, cognomen, & titulum nunquam inueni, ſub eodem Papa Iulio mortuus eſt.

*Obitus Iulii Papæ II.*

Anno Domini 1513. 9. Cal. Martii, Romæ in palatio Apoſtolico obiit Iulius Papa II. ſepultus in Baſilica S. Petri. Vacauit Romana ſedes, eo mortuo, dies 17.

Eodem anno 7. Cal. Martii eius exequiæ more maiorum celebrari ſunt cœptæ.

Eodem anno 4. Nonas Martii cantata Miſſa Spiritus ſancti ab Epiſcopo Oſtienſe, Cardinales XXIV. conclaue ingreſſi ſunt loco conſueto paratum; vbi 5. Idus Martii, octauo ingreſſus conclauis die elegerunt in Romanũ Pontificem Ioannem Medicem Florentinum S. Mariæ in Domnica Cardinalem Archidiaconum, qui Leo Papa X. appellatus eſt.

## Leo X. Pontifex CCXX.

### Anno Christi MDIII.

Leo Papa X. Ioánes antea vocatus, natione Tuſcus, patria Florentinus, familia Medicea, nobili, & vetuſta or-

tus, Laurentium Medicem primarium in Republica Flo-rentina ciuem patrem habuit. qui adhuc adoleſcens, non enim XIV. ætatis annum excedebat, ab Innocentio Papa VIII. ex Protonotario Apoſtolico, Diacon. Card. S. Mariæ in Domnica creatus eſt. ſub Iulio autem II. quum eſſet ex-ercitus Eccleſiaſtici contra Gallos Apoſtolicæ ſedis Lega-tus anno 1512. in clade Rauennati ab eis captus eſt, & per integrum fere annum in eorum poteſtate fuit. anno vero ſequenti, per id tempus, quo Papa Iulius II. obiit, clam fu-giens Romam venit, vbi Cardinales iam conclaue ingreſ-ſos pro noua Pontificis lectione inuenit. à quibus 5. Idus Martii anni 1513. Pontifex Maximus renunciatus 14. Cal. Aprilis ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Impp. Cæſaribus Maxi-miliano, & Carolo V. Auguſtis, annos 8. menſes 8. dieſ-que 21.

*Cardinales XXXI. viui quando Leo Papa X. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinal. VI.*

*Xyſt. IV. & Iul. II.*

Raphael Riarius, Epiſcop. Cardin. Oſtienſis, Decanus, & S.R.E. Camerarius.

*Alexand. VI. & Iul. II.*

Dominicus Grimanus, Epiſcopus Card. Portuenſis & S. Rufinæ.

* Philippus de Luxemburgo, Epiſcop. Cardinalis Tuſcu-lanus.

Iacobus Serra, Epiſcopus Card. Albanus.

Franciſcus Soderinus, Epiſcopus Card. Sabinus.

*Iulius Papa II.*

Frater Marcus, Vogerius, Epiſcopus Cardinalis Præneſti-nus.

*Pre-*

*Presbyteri Cardinales* XVI.

*Alexander Papa VI.*

Thomas Hungarus,tt.Equitii,S.R.E. Archipresbyter.
Franciſcus Remolinus,tt.S.Marcelli.
Nicolaus de Fliſco,tt.S.Priſcæ.
Hadrianus Caſtellenſis,tt.S.Chryſogoni.

*Iulius Papa II.*

* Franciſcus Guillelmus,tt.S.Stephani in Cœlio monte.
Robertus Britto,tt.S.Anaſtaſiæ.
Leonardus Groſſus,tt.S. Suſannæ, maior Pœnitentiarius.
Carolus de Caretto,tt.S.Cæciliæ.
* Frater Franciſcus Symenes,tt.S.Balbinæ.
Xyſtus Gara de Ruuere,tt.Eudoxiæ, S.R.E. Vicecancellarius.
Chriſtophorus Anglus,tt.S.Praxedis.
Antonius de Monte S.Vitalis,tt.Veſtinæ.
* Matthæus Heluetius,tt.S.Pudentianæ.
Petrus Accoltus,tt.S.Euſebii.
Achilles Graſſus,tt.S.Xyſti.
Bendinellus Saulus,tt.S.Sabinæ.

*Diaconi Cardinales IX.*

*Innocentius Papa VIII.*

Ioannes Medices S.Mariæ in Domnica, S.R.E. Archidiaconus.

*Alexander Papa VI.*

*Hippolytus Eſtenſis,S.Luciæ in Silice.
Alexander Farneſius,S.Euſtachii.
Lodouicus de Arragonia S.Mariæ in Coſmedin.
*Amaneus de Alibretto S.Nicolai in carcere Tulliano.
Marcus Cornelius S.Mariæ in porticu.

*Iulius Papa II.*

Sigiſmundus Gonzaga S.Mariæ nouæ.

Alphonſus Petruccius S.Theodori.
* Matthæus Langus S.Angeli.

*Cardinales IV. à Iulio II. priuati & à Leone Papa X. reſtituti.*

Anno 1513. Pontific. 1. 5. Cal. Iulii Romæ.
Bernardinus Caruaial, Epiſc. Card. Sabinus.
Guillelmus Briſſonetta, Epiſcopus Card. Præneſtinus.
Renatus de Bria, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
Franciſcus Sanſeuerinas, Diac. Card. S. Angeli.

*Prima creatio IV. Cardinalium.*

Anno Domini 1513. Pontificatus 1. 9. Cal. Octob. Romæ, Papa Leo X. primo creauit Cardinales quatuor. hi fuere

Laurentius Puccius Florentinus, Protonotarius, & Datarius Apoſtolicus, Presbyt. Card. tt. SS. IV. Coronatorum, poſt S.R.E. maior Pœnitentiarius.

Frater Iulius Medices, Florentinus Papæ Leonis X. patruelis, Miles Hoſpitalis, electus Archiepiſcopus Florentinus, Diacon. Card. S. Mariæ in Domnica, poſt Presbyt. Card. tt. S. Clementis, deinde S. Laurentii in Damaſo, & S.R.E. Vicecancellarius.

Bernardus Diuitius, ex oppido Bibienna, Florentinæ diœceſis, Protonotarius, & Theſaurarius Apoſtolicus Diac. Card. S. Mariæ in porticu.

Innocentius Cibo, Genuenſis, ſororis Papæ filius Protonot. Apoſtolicus, Diac. Cardi. SS. Coſmæ, & Damiani, poſt S. Mariæ in Domnica.

*Secunda creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1515. Pontificatus 3. 7. Idus Septembris Romæ Leo Papa X. creauit Cardinalem vnum. is fuit

Thomas Vulcer ex oppido Sufforth, diœceſis Norudcēſ. Angl.

Anglus, Archiepiſcopus Eboracenſis, Presbyt. Cardin. tt. S. Cæciliæ.

*Tertia vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1515. Pontificat. 3 19. Calend. Ianuarii, Bononiæ Leo Papa X. vnum creauit Cardinalem: is fuit

Hadrianus Guffer Boiſiuius, Gallus, Epiſcopus Conſtantienſis, & Albienſis, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, poſt tt. S. Sabinæ.

*Quarta II. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1517. Pontific. 5. Cal. Aprilis Romę, Leo Papa X. duos creauit Cardinales; qui fuerunt

Frater Antonius de Prato, Gallus, Monachus, & Abbas Fiſcanenſis in Nortmandia, Archiepiſcopus Bituricenſis, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Guillelmus Iacobus Croy, Belga, ciuis, & electus Epiſcop. Cameracenſis, Gallus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro, poſt Archiepiſcopus Toletanus.

*Quinta XXXI. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1517. Pontificat. 5. Cal. Iulii Romæ, Leo Papa X. xxxi. creauit Cardinales, qui fuere

Franciſcus de Comitibus, Romanus, Archiepiſcopus Cõſanus, Presbyter Card. tt. S. Vitalis.

Ioannes Picolomineus, ciuis, & Archiepiſcopus Senenſis, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ.

Io. Dominicus Cupis, Romanus, Archiepiſcopus Tranenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Ioannis ante portam Latinam.

Nicolaus Pandolphinus, Florentinus, Epiſcopus Piſtorienſis, tt. S. Cæſarii in palatio.

Raphael Petruccius Senenſis, Epiſcopus Goſſetanus, Arcis præfectus, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ.

Andreas de Valle Romanus, Epiſcopus Melfitenſis cãcel-

lariæ Apoſtolicæ Regens, Presbyter Card.tt S.Agne-
tis in Agone;poſt tt.S.Priſcæ.

Bonifacius Ferrerius,Vercellenſis, Epiſcopus Eporedien-
ſis,Presbyt.Card.tt.SS.Nerei,& Achillei.

Io.Baptiſta Pallauicinus,Genuenſis,Epiſcopus Cauillicē-
ſis,Presbyter Card.tt.S.Apollinaris.

Scaramucia Triuulcius,Mediolanenſis, V.I.D.Epiſcop.
Comenſis,tt.S.Cyriaci in Thermis.

Pompeius Columna , Romanus , Epiſcopus Reatin.
Presbyt.Card.Baſilicæ SS.xII.Apoſtolorum.

Dominicus Iacobatius,Romanus , Epiſcopus Lucerin.
Auditor Rotæ, Presbyter Cardin.tt.S.Laurentii in Pa-
ne,& Perna,poſt S.Clementis.

Lodouicus de Borbonio,Picardus,Gallus,Epiſcopus Ce-
nomanenſis,& Laudunenſis,Presbyter Card.tt.S.Sil-
ueſtri in Campo.

Laurentius Campegius,Bononienſis,Epiſcopus Feltren-
ſis,Auditor Rotæ,Presbyter Card.tt. S.Thomæ in Pa-
rione,poſt S.Anaſtaſiæ.

Hadrianus Florentius, Traiectenſis,Batauus Belga,Epi-
ſcopus Dertuſenſis, Presbyter Cardin. SS.Ioannis,&
Pauli,tt.Pammachii.

FerdinandusPonzettus,Florentinus,EpiſcopusMelfien-
ſis,Presbyt.Card.tt.S.Pancratii.

Guillelmus Raimundus Vich Valentinus, Hiſpanus,Epi-
ſcopus Barchinonēſis,Presbyter Cardinalis tt.S.Mar-
celli.

Aloyſius Rubeus,Florentinus, Protonot. Apoſtolicus,
Presbyter Cardin.tt.S.Clementis.

Siluius Paſſerinus,Cortonenſis,Datarius, & Protonota-
rius Apoſtolicus,Presbyter Card.tt.S.Laurentii in Lu-
cina.

Franciſcus Armellinus,Peruſinus,Protonotarius Apoſto-
licus,Presbyt Card.tt.S.Caliſti.

Magiſter frater Thomas de Vio, Caietanus, ordinis Præ-
dicat.

dicatorum generalis Magiſter, Theologus, Presbyter Card.tt.S.Xyſti.

Magiſter frater Egidius, ex Villa Canapina, Diœc. Viterbienſis, ordinis Eremitarum S. Auguſtini, prior generalis, Theologus, Presbyter Card.tt. S. Matthæi, poſt S. Marcelli.

Frater Chriſtophorus Numanus, Foroiulienſis generalis miniſter ordinis minorum de obſeruantia, Presbyter Card.tt.S. Bartholomæi in Inſula, poſt S. Mariæ de Aracœli.

Franciottus Vrſinus, Romanus, Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro, poſt S. Mariæ in Coſmedin.

Paulus Cæſius, Romanus, Protonot. Apoſtolicus, Notarius Cancellariæ Apoſtolicæ, Diac. Card. S. Nicolai inter imagines, poſt S. Euſtachii.

Alexander Cæſarinus, Romanus, Protonot. Apoſtolicus, Diac. Card. SS. Sergii, & Bacchi.

Ioannes Saluiatus Florentinus, Protonot. Apoſtolicus, ſororis Papæ filius, Diac. Cardinalis SS. Coſmæ, & Damiani.

Nicolaus Rodulphus, Florētinus, ſororis Papæ filius, Protonot. Apoſtolicus Diac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ, in macello martyrum.

Hercules Rangonus, Mutinenſis, Protonot. Apoſtolicus Diac. Card. S. Agathæ.

Auguſtinus Triuulcius, Mediolanenſis, Protonot. Apoſtolicus, Diac. Card. S. Hadriani.

Franciſcus Piſanus, Venetus, Protonot. Apoſt. Diac. Card. S. Theodori.

Alphonſus infans Portugalliæ, Regis filius, Luſitanus, Hiſpanus, Protonot. Apoſtolicus, & electus Epiſcop. Targitanus, Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio.

*Sexta vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1518. Pontificatus 6. 9. Calend. Aprilis

Romæ Leo Papa X. vnum creauit Cardinalem; is fuit

Albertus ex Marchionibus Brandeburgenſibus, Archi-piſcopus Moguntinus, Preſbyt. Cardin. tt. S. Chryſo-goni, poſt tt. Eudoxiæ.

*Septima creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1518. Pontific. 6. 5. Cal. Iunii Romæ, Pa-pa Leo X. vnum creauit Cardinalem, is fuit

Ioannes Lotharingus, Gallus, electus Epiſcopus Metenſis, Diac. Card. S. Onophrii.

*Octaua vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1521. Pontific. 9. 5. Idus Auguſti Romæ Leo Papa X. vnum creauit Cardinalem, is fuit

Herardus della Marcha, Germanus, Epiſcopus Leodien-ſis, Presbyt. Cardin. tt. S. Chryſogoni.

*Epiſcopi Cardinales IV. creati à Leone Papa X.*

Bernardinus Caruaial, reſtitutus Epiſcopus Card. Sabin. poſt Oſtienſis.

Guillelmus Briſſonetta, reſtitutus Epiſcopus Card. Præne-ſtinus.

Franciſcus Soderinus, ex Epiſcopo Cardinale Sabino, Epi-ſcopus Tiburtinus, poſt Albanus, deinde Præneſti-nus.

Frater Marcus Vogerius, ex Præneſtino, Epiſcopus Card. Reatinus, poſt iterum Præneſtinus.

Iacobus Serra, ex Albano, Epiſcopus Cardinalis Præne-ſtinus.

Franciſcus Remolinus, ex Presbytero, tt. S. Marcelli, Ale-xandri VI. Epiſcopus Card. Albanus.

Nicolaus de Fliſco, ex Presbytero tt. S. Priſcæ, Alexandri VI. Epiſc. Card. Albanus, poſt Sabinus.

Alexander Farneſius, ex Diacono S. Euſtachii, Alexandri Papæ VI. Epiſc. Card. Tuſculanus.

An

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antonius de Monte, ex Preſbytero tt. S. Praxedis, Iulii II. Epiſc. Card. Albanus.

Matthæus Langus, ex Diacono Iulii II. Preſbyt. Card. tt. S. Angeli.

Bendinellus Saulius, ex Preſbytero tt. S. Sabinæ, Preſbyter tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

Leonardus Groſſius, ex Preſbytero tt. S. Suſannæ, Preſbyt. Card. tt. Eudoxiæ.

Achilles Craſſus, ex Preſbytero, tt. S. Xyſti, Preſbyter, tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

Papa Leo X. octo ordinationibus menſib. Martio, Aprili, Iunio, Iulio, Auguſto, Septembri, & Decembri factis, XLII. nouos creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos IV. ſed omnes ex antiquis Cardinalibus, Preſbyteros XXX. in his vnum ex antiquis Diaconis, & Diaconos XIII.

*Vicecancellarii S. R. E. ſub Leone Papa X.*

Xyſtus Gara de Ruuere, Preſbyt. Card. tt. S. Petri ad Vincula. ab anno Pontificatus primo ad quartum.

Iulius Medices, Florentinus, Preſbyt. Card. tt. S. Clementis, poſt S. Laurentii in Damaſo ab anno quarto, ad finem Pontificatus.

*Cardinales XXVII. mortui vel priuati ſub Leone Papa X.*

Robertus Britto, Gallus, Epiſcopus Nannetenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, obiit Romæ 5. Idus Nouembris, anno 1513. Pontific. primo, ſepultus ad Eccleſiam S. Iuenis, nationis Brittonum.

Chriſtophorus Anglus, Preſbyt. Card. tt. S. Praxedis, obiit Romæ, veneno ſublatus, pridie Idus Iulii, anno 1514. Pontificat. ſecundo, ſepultus in Eccleſia S. Trinitatis Anglorum.

Carolus Carettus, Genuenſis, ex Archiepiſcopo Turonenſi Epiſcopus Caturcenſis, tt. S. Cæciliæ, obiit Romæ 19. Cal. Septemb. eodem anno, ſepultus in titulo ſuo.

Guillelmus Briſſonetta, ciuis, & Archiepiſc. Narbonenſis, Gallus, Epiſc. Card. Præneſtinus, obiit Narbonæ menſe Ianuar. anno 1515. ibiq; ſepultus.

Fr. Marcus Vogerius, Ligur, Ord. Minorum, Epiſcop. Card. Præneſtinus, & Archipreſbyter S. Petri, obiit Romæ Cal. Iulii, anno 1516. Pontificat. 4. ſepultus ad S. Mariam Tranſtiberim.

Fridericus Sanſeuerinas, Mediolanenſis, Diac. Card. S. Angeli, obiit Romæ 7. Idus Auguſti eiuſdem anni, ſepultus ad S. Mariam de Aracœli.

Renatus de Bria, Gallus, Epiſc. Baiocenſis, & Lemouicenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, obiit, & ſepultus e[illegible] Galliis menſe Auguſto, anno 1516.

Xyſtus Gata de Ruuere, Lucenſis, Preſbyt. Card. tt. Eudoxiæ, & S. R. E. Vicecancellarius, obiit Romę 8. Idus Martii, anno 1517. ſepultus in titulo ſuo.

Iacobus Serra, Valentinus, Hiſpanus, Epiſc. Calaguritanus & Card. Præneſtinus, obiit Romæ Idib. Martii, eodem anno ſepultus ad S. Iacobum Hiſpanorum.

Raphaël Riarius, Epiſcop. Oſtienſis, & S. R. E. Camerarius.

Bendinellus Saulius, Genuenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Mariæ Tranſtiberim, & Alphonſus Petruccius, Senenſis, Diac. Card. S. Theodori, 10. Cal. Iulii, anno 1517. Pontificatu Cardinalatu, & omnibus dignitatib. priuati ſunt, conſpirationis in Pontificem inſimulati, ex quibus

Alphonſus Petruccius in Arce Sancti Angeli, vbi in carcere detinebatur, pridie Nonas Iulii eiuſdem anni ab Orlando Ethiope eliſis faucibus necatus eſt, cadauerq; in Campo ſancto ſepultum.

Oſtienſis verò Epiſcopus 9. Cal. Auguſti, & Bendinellus Saulius prid. Cal. Auguſti, magna ſoluta pecuniæ quantitate reſtituti fuere. verum non longe poſt Saulius p[illegible] dolore animi confectus, Romæ obiit, cadauerq; eius ad S. Sabinam ſepultum eſt.

Fr. Franciſcus Symenes, Hiſpanus, Ord. Minorum, Pre[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Card.tt.S.Balbinæ,obiit Arandæ in Hiſpania 5.Idus Ianuar.anno 1518.ibiq; ſepultus.

Franciſcus Remolinus,Hiſpanus, Epiſcop.Card.Albanus, obiit Romæ Nonis Februarii, anni 1518. ſepultus ad S. Mariam maiorem,cuius erat Archipreſbyt.

Hadrianus Caſtellenſis Cornetanus,Preſbyter Card.tt.S. Chryſogoni,qui coniurationis Petruccianę reus factus, clam habitu mutato ex vrbe aufugerat 3. Nonas Iulii Cardinalatu &c priuatus eſt,anno 1518. Pontific.6.nec vnquam præterea,viſus fuit.

Nicolaus Pandolphinus,Florentinus,Preſbyter Card tt.S. Cæſarii in palatio obiit, & ſepultus eſt Piſtorii menſe Octobri eodem anno.

Lodouicus de Arragonia, Neapolitanus regio ſanguine ortus,Diac.Card. S. Mariæ in Coſmedin, obiit 12.Cal. Februarii,anni 1519. Pontific. 6. ſepultus ad S. Mariam de Minerua.

Philippus de Lutcemburgh,Gallus, Epiſc.Card. Tuſculanus,obiit,&ſepultus eſt in Gallia,anno 1519.Pontific.7. menſe Iunio.

Aloyſius Rubeus,Florentinus,Preſby.Card.tt.S.Clementis,obiit Romæ,13.Calend.Auguſti,eodem anno ſepultus ad S.Petrum.

Hippolytus Eſtenſis,Ferrarienſis Ducis Filius, Diac.Card. S.Luciæ in Silice, Archipreſbyter S. Petri, electus Archiepiſcopus Strigonienſis,Agrienſis,Mediolanenſis,& Capuanus,Epiſc.Ferrarienſis, & Mutinenſis, obiit Ferrariæ menſe Septembri,anno 1520.Pontific.8. ſepultus in ſacrario Eccleſiæ Cathedralis.

Leonardus Groſſus de Ruuere, Preſbyter Cardinalis tt. Eudoxiæ,& maior Pœnitentiarius,obiit Romæ 10. Calend. Octobris eiuſdem anni:ſepultus ad S.Mariam maiorem.

Bernardus Diuitius,Bibienna,electus Epiſc. Conſtantienſis,Diac. Card. S.Mariæ in Porticu, obiit Romæ 5.Idus Nouembr.eiuſdem anni ſepultus in Aracœli.

Amaneus de Alibretto, Gallus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano Commendatarius Epiſcopatuum Apamiarũ, & Pamphilonenſis, obiit in oppido Beliorolo, Vaſſatenſis diœceſis in Galliis 4. Idus Decembris, anni 1520 ibiq; ſepultus.

Guillelmus Iacobus Croy, Cameracenſis Belga, Gallus, Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro, obiit Vormatiæ menſe Ianuario, anni 1521. Pontific. 8. Cadauer translatum in Caſtro familiæ ſuæ Croy ſepultum eſt.

Franciſcus de Comitib. Romanus, Preſbyt. Card. tt. Veliternæ, obiit Turegii, Veliternæ diœceſis 4. Nonas Iunii, anni 1521. Pontific. 9. Romam translatus ad S. Mariam de Aracœli ſepultus eſt.

Fr. Antonius de Prato, Gallus, Monachus, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, obiit Bituricis, menſe Iunio, anno eodem, ibiq; in Cathedrali ſepultus.

Raphaël Riarius, Sauonenſis, Ligur, Epiſc. Card. Oſtienſis & Veliternus, Collegii Decanus, & S. R. E. Camerarius, obiit Neapoli Nonis Iulii, anno 1521. Pontific. 9. Cadauer Romam translatum in titulo S. Laurentii in Damaſo ſepultum eſt.

*Obitus Leonis Papæ X.*

Anno Domini 1521. Cal. Decembris Romæ in palatio Apoſtolico, obiit Leo Papa X. Cadauer primò in Baſilica S. Petri ſepultum eſt, poſt ſub Paulo Papa III. ad Eccleſiam S. Mariæ ſuper Mineruam cum cadauere Clementis VII. translatum eſt. Vacauit ſedes menſem vnum, & dies ſeptem.

Eodem anno, quarto Nonas Decembris eius exequiæ more ſolito à Cardinalib. in Baſilica S. Petri celebrari cœptæ.

Eodem anno 3. Idus Decembris, Spiritus Sancti Miſſa ab Epiſc. Oſtienſe cantata, Cardinales numero XXXIX conclaue ingreſſi ſunt loco conſueto in palatio parato, qui quum inter ſe concordes eſſe non poſſent, tandem

mu-

multas diſceptationes 5. Idus Ianuarii, anni 1522. elegerunt in Romanum Pontificem Hadrianum Florentium Traiectenſem Batauum, Preſbyterum Cardinalem, tt. S. Ioannis, & Pauli abſentem: nam in regnis Hiſpaniarum pro Imperatore Carolo V. cum imperio erat, qui prænomen ſuum retinens Hadrianus Papa VI. appellatus eſt.

## Hadrianus VI. Pontifex CCXXI.

### ANNO CHRISTI MDXXII.

HAdrianus Papa VI. natione Gallus, prouincia Batauia, ſiue, vt nunc dicitur, Flandria, in Belgis ex vrbe Traiecto ortus, infimæ ſortis homo fuit, quippe cuius pater Florentius Textrinum pannorum ſericeorum exercuit. hic ab ineunte ætate Louanium ad bonas literas ediſcendas proficiſcens, breui adeò profecit, vt ſcientiarum multiplici cognitione facilè inter omnes condiſcipulos primas partes obtineret. cuius fama quum ad Imp. Maximiliani aures perueniſſet, Carolo nepoti ſuo, qui nunc Imperio potitur, eum pręceptorem dedit, cuius opera primo Epiſcopus Dertuſenſis in Hiſpania, poſt Preſbyt. Card. tt. SS. Ioannis, & Pauli à Papa Leone X. abſens creatus eſt. quo mortuo, poſt aliquot Cardinalium diſceptationes, præter omnium expectationem 5. Idus Ianuarii, anno 1522. abſens Pontifex Maximus renunciatus eſt: in Hiſpaniis enim pro Imperatore Carolo V. cum Imperio erat qui, audita ſua electione, ex Hiſpania diſcedens ad vrbem venit, ingreſſusq; eſt Romam 4. Cal. Septemb. eiuſdem anni, vbi 3. Cal. Septemb. ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem à die electionis Imp. Cæſare Carolo V. Augusto annum vnum, menſ. 8. & dies 6.

*Cardinales L. viui, quando Papa Hadrianus VI. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*
*Alex. VI. & Iul. II.*

Bernardinus Caruaial, Epiſc. Card. Oſtienſ. & Veliternus, Decanus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dominicus Grimanus, Epiſc. Card. Portuenſis, & S.Ru-finæ.
Franciſcus Soderinus, Epiſc. Card. Præneſtinus.

*Alex. VI. & Leo X.*

Nicolaus de Fliſco, Epiſc. Card. Sabinus.
Alexander Farneſius, Epiſc. Card. Tuſculanus.

*Julius II. & Leo X.*

Antonius de Monte, Epiſcop. Card. Albanus.

*Preſbyteri Cardinales XXXI.*

*Alexander Papa VI.*

* Thomas Hungarus, tt. Equitii, S.R.E. Archipreſbyt.

*Julius Papa II.*

Franciſcus Guillelmus, tt. S. Stephani in monte Cœlio.
* Matthæus Heluetius, S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.
Petrus Accoltus, tt. S. Euſebii.
Achilles Craſſus, tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

*Jul. II. & Leo X.*

* Matthæus Langus, tt. S. Angeli.

*Leo Papa X.*

Laurentius Puccius, tt. SS. quatuor Coronatorum, ma. Pœnitentiarius.
Iulius Medices, tt. S. Laurentii in Damaſo, S.R.E. Vicecancellarius.
* Thomas Vulcer, tt. S. Cæciliæ.
* Hadrianus Boiſiuius, tt. S. Sabinæ.
Io. Picolomineus, tt. S. Balbinæ.
Io. Dominicus Cupis, tt. S. Ioan. ante portam Latinam.
Raphaël Petruccius, tt. S. Suſannæ.
Andreas de Valle, tt. S. Priſcæ.
Bonifacius Ferrerius, tt. SS. Nerei, & Achillei.
Io. Baptiſta Pallauicinus, tt. S. Apollinaris.
Scaramuccia Triuulcius, tt. S. Cyriaci in Thermis.
Pompeius Columna, Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
Dominicus Iacobatius, tt. S. Clementis.

Lod.

* Lodouicus de Borbonio, tt. S. Syluestri.
Laurentius Campegius, tt. S. Anaſtaſiæ.
* Hadrianus Florentius, tt. SS. Ioannis, & Pauli.
Ferdinandus Poncettus, tt. S. Pancratii.
Guillelmus Raymundus, Vich, tt. S. Marcelli.
Siluius Paſſerinus, tt. S. Laurentii in Lucina.
Franciſcus Armelinus, tt. S. Caliſti, S. R. E. Camerarius.
Magiſter frater Thomas de Vio, tt. S. Xyſti.
Magiſter frater Egidius, tt S. Matthæi.
Fr. Chriſtophorus Numanus, tt. S. Mariæ de Aracœli.
* Albertus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.
* Eberhardus de la Marcha, tt. S. Chryſogoni.

*Diaconi Cardinales XIII.*

*Alexander Papa VI.*

Marcus Cornelius, S. Mariæ in via lata, S. R. E. Archidiaconus.

*Iulius Papa II.*

Sigiſmundus Gonzaga, S. Mariæ nouæ.

*Leo Papa X.*

Innocentius Cibo, S. Mariæ in Domnica.
Franciottus Urſinus, S. Mariæ in Coſmedin.
Paulus Cæſius, S. Euſtachii.
Alexander Cæſarinus, SS. Sergii, & Bacchi.
Ioan. Saluiatus, SS. Coſmæ, & Damiani.
Nicolaus Rodulphus, SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.
Hercules Rangonius, S. Agathæ.
Auguſtinus Triuulcius, S. Hadriani.
Franciſcus Piſanus, S. Theodori.
* Alphonſus S. Luciæ in Septiſolio.
* Ioannes Lotharingus, S. Onophrii.

*Prima creatio vnius Cardinalis.*

Anno Domini 1523. Pontificatus 2. 4. Idus Septembris Romę Hadrianus Papa VI. creauit Cardinalem vnum, is fuit

Guillelmus Enchauordius, Traiectenſis, Belga, Gallus, E-
piſcopus Dertuſenſis, Preſbyt. Card. SS. Ioannis, & Pau-
li, tt. Pammachii.

Iulius Medices, Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Damaſo,
S.R.E. Vicecancellarius, ſub Papa Hadriano VI.

*Cardinales quatuor mortui ſub Hadriano Papa VI.*

Matthæus Heluetius, ciuis, & Epiſc. Sedunenſis, Preſbyt.
Card. tt. Paſtoris, obiit Romæ 6. Nonas Octobr. anno
1522. Pontific. 1. ſepultus ad S. Mariam de Anima, natio-
nis Germanicæ.

Raphaël Petruccius, Senenſis Preſby. Card. tt. S. Suſannæ,
obiit in Bibiano, diœceſis Senenſis, 16. Cal. Ianuarii an-
no 1522. Pontific. 1. ibiq; ſepultus.

Thomas Herdouth, Hungarus, Preſbyt. Card. tt. Equitii,
obiit in Hungaria menſe Martio, anni 1523. Pontific.
ibiq; ſepultus.

Dominicus Grimanus, Venetus, Epiſc. Card Portuenſis, &
S. Rufinæ, obiit Romæ 6. Cal. Septembr. an. 1523. Pon-
tific. 2. ſepultus in titulo SS. Ioannis, & Pauli.

*Obitus Hadriani Papæ VI.*

Anno Domini 1523. 18. Cal. Octobr. Romæ in Pala-
tio obiit Hadrianus Papa VI. Cadauer in Eccleſia S. Mariæ
de Anima, nationis Theutonicorum, ſepultum eſt. Vaca-
uit eo mortuo ſedes Romana menſes 2. & dies 4.

Eodem anno 10. Calend. Octobris eius exequiæ more
maiorum in Baſilica S. Petri à Cardinalibus celebrari ſunt
cœptæ.

Eodem anno Cal. Octob. Miſſa Spiritus Sancti ab Epi-
ſcopo Præneſtino cantata, Cardinales numero XXXV.
conclaue ingreſſi ſunt loco conſueto paratum; quo tempo-
re tres Cardinales ex Galliis venientes Cardinalium nu-
merum ad XXXVIII. adauxerunt. qui 13. Cal. Decembr.
menſe primo, & die 19. ingreſſus conclauis, elegerunt

Papam

Papam Iulium Medicem, Preſbyterum Card. tt. S. Laurentii in Damaſo, S.R.E. Vicecancellarium; qui Clemens Papa VII. appellatus eſt.

## Clemens VII. Pont. CCXXII.

### ANNO CHRISTI MDXXIII.

Clemens Papa VII. Iulius antea vocatus, natione Tuſcus, patria Florentinus, familia Medicea, patre Iuliano, Leonis Papæ X. patruelis fuit. quem ipſe Leo ex Milite S. Ioannis Hoſpitalis Hieroſolymitani, Diaconum S. Mariæ in Domnica, poſt Preſbyterum Cardinalem tt. S. Clementis, deinde S. Laurentii in Damaſo, & S.R.E. Vicecancellarium creauit. qui, mortuo Hadriano Papa VI. poſt diutinas Cardinalium diſcordias, in noua electione Romani Pontificis conuenire non Valentium, tandem non abſque ſimoniæ ſuſpicione 13. Cal. Decembr. anni 1523. Pontifex Maximus omnium Cardinalium calculis renunciatus 6. Calend. Decembr. ſuæ coronationis inſignia per Marcum Cornelium S. R. E. Archidiaconum, more maiorum ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Carolo V. Auguſto, annos 10. menſ. 10. & dies 8.

*Cardinales XLVI. viui, quando Clemens Papa VII. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales V.*

*Alex. VI. & Iul. II.*

Bernardinus Caruaial, Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus, Decanus.

Franciſcus Soderinus, Epiſc. Card. Præneſtinus.

*Alex. VI. & Leo X.*

Nicolaus de Fliſco, Epiſc. Card. Sabinus.

Alexander Farneſius, Epiſc. Card. Tuſculanus.

*Iulius II. & Leo X.*

Antonius de Monte, Epiſcop. Card. Albanus.

Eccleſia Portuenſis, & S. Rufinæ vacabat.

*Preſbyteri Cardinales XXVIII.*

*Iulius Papa II.*

Franciſcus Guillelmus, tt. S. Stephani in Cœlio monte,
Petrus Accoltus, tt. S. Euſebii.
Achilles Craſſus, tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

*Iul. II. & Leo X.*

* Matthæus Langus, tt. S. Angeli.

*Leo Papa X.*

Laurentius Puccius, tt. SS. quatuor Coronatorum, maior Pœnitentiarius.
Iulius Medices, tt. S. Laurentii in Damaſo, S.R.E. Vicecancellarius.
* Thomas Vulcor, tt. S. Cæciliæ.
* Hadrianus Boiſiuius, tt. S. Sabinæ.
Io. Picolomineus, tt. S. Balbinæ.
Io. Dominicus Cupis, tt. S. Ioannis ante portam Latinam.
Andreas de Valle, tt. S. Priſcæ.
Bonifacius Ferrerius, tt. SS. Nerei, & Achillei.
Io. Baptiſta Palauicinus, tt. S. Apollinaris.
Scaramuccia Triuulcius, tt. S Cyriaci in Thermis.
Pompeius Columna, Baſilicæ Apoſtolorum.
Dominicus Iacobatius, tt. S. Clementis.
Lodouicus de Borbonio, tt. S. Syluestri.
Laurentius Campegius, tt. S. Anaſtaſiæ,
Ferdinandus Ponzetus, tt. S. Pancratii.
Guillelmus Raimundus, Vich, tt. S. Marcelli.
Syluius Paſſerinus, tt S. Laurentii in Lucina.
Franciſcus Armellinus, tt. S. Caliſti, S.R.E. Camerarius.
Magiſter frater Thomas de Vio, tt. S. Xyſti.
Magiſter frater Egidius Viterbienſis, tt. S. Matthæi.
Fr. Chriſtophorus Numanus, S. Mariæ de Aracœli,
* Albertus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.
* Euerardus de la Marcha, tt. S. Chryſogoni.

*Hadrianus Papa VI.*

* Guillelmus Hencauordius, tt. SS. Ioannis, & Pauli.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Diaconi Cardinales XIII.*

*Alexander Papa VI.*

M.Cornelius S.Mariæ in via lata, S.R.E. Archidiaconus.

*Iulius Papa II.*

Sigiſmundus Gonzaga, S.Mariæ nouæ.

*Leo Papa X.*

Innocentius Cibo, S.Mariæ in Domnica.
Franciottus Vrſinus, S.Mariæ in Coſmedin.
Paulus Cæſius, S.Euſtachii.
Alexander Cæſarinus, SS Sergii, & Bacchi.
Io. Saluiatus, SS. Coſmæ, & Damiani.
Nicolaus Rodulphus, SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.
Hercules Rangonius, S.Agathæ.
Auguſtinus Triuulcius, S.Hadriani.
Franciſcus Piſanus, S.Theodori.
* Alphonſus Luſitanus, S.Luciæ in Septiſolio.
Ioannes Lotharingus, S.Onophrii.

*Prima quatuor Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1527. Pontific. 4. 5. Nonas Maii, Romæ Papa Clemens VII. primò creauit quatuor Cardinales, qui fuerunt

Benedictus Accoltus Aretinus, Archiepiſcop. Rauennas, Preſbyt. Card. tt. S.Euſebii.
Auguſtinus Spinola, Sauonenſis, Ligur, Epiſcopus Peruſinus, Preſbyt. Card. tt. S.Cyriaci in Thermis, poſt S.R.E. Camerarius.
Hercules Gonzaga, ciuis, & electus Epiſcop. Mantuanus, Diac. Card. S Mariæ nouæ.
Nicolaus Gaddus Florentinus, electus Epiſcop. Firmanus, Diac. Card. S. Theodori.

*Secunda decem Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1527. Pontific. 4. Romæ Papa Clemens VII. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Antonius Sanſeuerinas, Neapolitanus, Archiepiſc. . . . Preſbyt. Card. tt. S. Suſannæ, poſt tt. S. Apollinaris.

Antonius de Prato, Gallus, Archiepiſcopus Senonenſis, & Albienſis, regni Francor. magnus Cancellarius, Preſby. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Io. Vincentius Caraffa, ciuis, & Archiepiſc. Neapolitanus, Preſbyt. Card. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.

Marinus Grimanus, Venetus, Patriarcha Aquilegienſis, tt. S. Vitalis.

Andreas Matthæus Palmerius, Neapolitanus, Archiepiſc. Materanus, tt S. Clementis.

Fr. Franciſcus Quignones filius Comitis de Luna, Hiſpanus, Ord. Minorum de Obſeruantia, Epiſ. . . . Preſb. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Franciſcus Cornelius, Venetus, Epiſc. Brixianus, Preſbyt. Card. tt. S. Pancratii.

Henricus filius Ducis de Cardona, Archiepiſc. montis Regalis, tt. S. Marcelli.

Hieronymus Grimaldus, Genuenſis, electus Venafranus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Pyrrhus Gonzaga, Mantuanus, electus Epiſcop. Mutinenſis, Diaconus Cardinalis S. Agathæ in æquo marmoreo.

*Tertia vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1529. Pontific. 6. 4. Idus Ianuarii Romæ Papa Clemens VII. vnum creauit Cardinalem, qui fuit

Hippolytus Medices Florentinus, eius nepos, electus Archiepiſcopus Auinionis, Diac. Card. S. Praxedis, poſt S. Laurentii in Damaſo, & S. R. E Vicecancellarius.

*Quarta vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1529. Pontificat. 6. Idibus Auguſti Romæ Papa Clemens VII. vnum creauit Cardinalem qui fuit

Mer

Mercurius de Herborio de Gattinara, Vercellenſis diœceſis, Allobrox, magnus Imperatoris Caroli V. Cancellarius, Preſbyter Cardinalis tt. S. Ioannis ante Portam Latinam.

*Quinta vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1529. Pontificatus 6. 15. Cal. Octobr. Romæ Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum, is fuit

Hieronymus de Auria, Genuenſis, Diac. Card. S. Thomæ in Parione.

*Sexta IV. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1529. Pontific 7. 14. Calend. Ianuarii, Romæ Papa Clemens VII. quatuor creauit Cardinales; qui fuerunt

Franciſcus de Turnone, Lugdunenſis, Gallus, Archiepiſcopus Bituricenſis, Preſbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Bernardus Cleſius, Germanus, Epiſc. Tridentinus, Preſby. Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Lodouicus de Gorno, Allobrox, Sabaudienſis, Epiſcopus Maurianenſis, Preſbyter Cardinalis tt. S. Cæſarii in palatio.

Fr. Garzias Loayſa, Hiſpanus, Ord. Prædicatorum generalis Magiſter, Theolog. ex Epiſcopo Oxomenſi Seguntinus, poſt Archiepiſc. Hiſpalenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Suſannæ.

*Septima vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1530. Pontific. 7. 6. Idus Iunii Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum, is fuit

Gabriel de Acromonte, Gallus, Epiſc. Tarbienſis, Orator Regis Francorum, Preſbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.

*Octaua III. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1531. Pontific. 8. 9. Cal. Aprilis, Romæ

Papa Clemens VII. tres creauit Cardinales. qui fuere

Alphonſus Manricus, filius Ducis de Nagera, Hiſpanus, Archiepiſc. Hiſpalenſis, Preſbyt. Card. baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum.

Ioannes Tanera, Hiſpanus, Archiepiſc. Toletanus, Preſbyt. Card. tt. S. Io. ante portam Latinam.

Ennecus de Mendozza, & Eſtunica, filius Comitis de Miranda, Hiſpanus, Epiſc. Burgenſis, Preſbyter Card. tt. S. Nicolai in carcere Tulliano.

*Nona vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1531. Pontificat. 8. 10. Calend. Octob. Romæ Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum, qui fuit

Antonius Puccius Florentinus, Epiſcopus Piſtorienſis, Preſbyt. Card. tt. SS. quatuor Coronatorum, & S.R.E. maior Pœnitentiarius.

*Decima duorum Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1533. Pontific. 10. 9. Cal. Martii, Bononiæ Papa Clemens VII. creauit Cardinales duos; qui fuerunt

Stephanus Gabriel Merinus, Hiſpanus, Archiepiſc. Barenſis, & Indiarum Patriarcha, poſt Epiſc. Giennenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Vitalis; poſt Pammachii.

Ioannes Gallus, Archiepiſcopus Tholoſanus, Preſb. Card. tt. Equitii.

*Vndecima quatuor Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1533. Pontific. 10. 7. Idus Nouembr. Maſſiliæ, Papa Clemens VII. quatuor creauit Cardinales, qui fuerunt

Ioannes de Venneur, Gallus, Epiſc. Lexouienſis, Preſbyter Card. tt. S. Bartholomæi in Inſula.

Claudius de Giuri, Sequanus, Gallus, Epiſc. Lingonenſis, ac Parfranciæ, Preſbyt. Card. tt. S. Agnetis in Agone.

Fr. Philippus della Camera, frater Ducis Albaniæ, Gallus, Monachus, & Abbas Corbeienſis, Epiſc. Bolonienſis, Preſbyt. Card. tt. S. Martini in montib.

Odettus de Caſtillione, Gallus, electus Epiſc. Beluacenſis, Diac. Card. SS. Sergii, & Bacchi.

*Epiſcopi Cardinales IX. creati à Clemente Papa VII.*

Franciſcus Soderinus, ex Præneſtino Epiſc. Card. Portuenſis, poſt Oſtienſis.

Alexander Farneſius, ex Epiſc. Cardinale Tuſculano Præneſtinus, poſt Sabinus, deinde Portuenſis, demum Oſtienſis, & Veliternus

Antonius de Monte, ex Albano, Epiſc. Card. Tuſculanus, poſt Præneſtinus, deinde Sabinus, demum Portuenſis, & S. Rufinæ.

Nicolaus de Fliſco, ex Epiſcopo Cardinale Sabino Portuenſis, poſt Oſtienſis.

Franciſcus Guillelmus de Claromonte, ex Preſbytero Cardinale tt. S. Stephani in Cœlio monte Iulii II. Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Petrus Accoltus, ex Preſbytero tt. S. Euſebii, Iulii II. Epiſc. Card. Albanus, poſt Præneſtinus, deinde Sabinus.

Marcus Cornelius, ex S.R.E. Archidiac. S. Mariæ in via lata Alexandri VI. S.R.E. Archipreſbyt. tt. S. Marci; poſt Epiſc. Card. Albanus, deinde Præneſtinus.

Laurentius Puccius, ex Preſbytero tt. Damaſi, Leonis X. Epiſc. Card. Albanus, poſt Præneſtinus.

Io. Picolomineus, ex Preſbytero tt. S. Balbinæ Leonis X. Epiſc. Card. Albanus, poſt Præneſtinus, deinde Sabinus, demum Portuenſis, & S. Rufinæ.

Io. Dominicus Cupis, ex Preſbytero tt. Lucinæ Leonis X. Epiſc. Card. Albanus, poſt Præneſtinus, deinde Sabinus.

Andreas de Valle, Romanus, ex Preſbytero tt. S. Priſcæ Leonis X. Epiſc. Card. Albanus, poſt Præneſtinus.

Bonifacius Ferrerius, ex Preſbyt. tt. SS. Nerei, & Achillei Leonis Papæ X. Epiſc. Card. Albanus, poſt Præneſtinus.

Laurentius Campegius, ex Preſbytero tt. Caliſti Leonis X. Epiſc. Card. Albanus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Franciſcus Armellinus, ex Preſbytero tt. S. Caliſti, Preſby. Card. tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

Lodouicus de Borbonio, ex Preſbytero tt. S. Syluestri, Preſbyt. Card. tt. S. Sabinæ.

Pompeius Columna, ex Preſbytero Baſilicæ Apoſtolorū, Preſbyt. Card. tt. Damaſi.

Io. Dominicus Cupis ex Preſbytero tt. S. Ioan. ante portam Latinam Preſbyt. Card. tt. Lucinæ.

Fr. Egidius ex Preſbytero tt. S. Matthæi, Preſbyt. Card. tt. S. Marcelli.

Alexander Cæſarinus, ex Diacono SS. Sergii, & Bacchi, Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

Franciſcus Piſanus, ex Diacono S. Theodori Diac. Card. S. Mariæ in Porticu, poſt S. Marci.

Nicolaus Rodulphus ex Diacono SS. Viti, & Modesti Diac. Card. S. Agathæ, poſt S. Mariæ in Coſmedin.

Clemens Papa VII. vndecim ordinationibus menſibus Ianuario, Februario, Martio, Maio, Iunio, Auguſto, Septembri, & Nouembri factis, XXXIII. nouos creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos IX. ex antiquis Cardinalibus Preſbyteros XXVI. & Diaconos VII.

*Vicecancellarii S. R. E. ſub Clemente Papa VII.*

Pompeius Columna, Preſbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum, poſt tt. Damaſi, ab anno Pontificatus primo ad nonum.

Hippolytus Medices Diac. Card. S. Laurentii in Damaſo, ab anno IX. ad finem Pontificatus.

*Cardinales XXX. mortui ſub Clemente Papa VII.*

Achilles Craſſus, ciuis, & Epiſcopus Bononienſis, Preſbyter Card. tt. S. Mariæ Tranſtiberim, obiit Romæ 10. Cal. Decembr. anno 1523. Pontificatus 1. ſepultus in titulo ſuo.

Had-

Hadrianus Boiſitius, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit, & ſepultus eſt in partibus ſuis menſe Nouembri eiuſdem anni.

Bernardinus Caruaial, Epiſcopus Card. Oſtienſis Decanus, obiit Romæ 17. cal. Ianuarii eiuſdem anni, ſepultus ad S. Crucem in Hieruſalem.

Franciſcus Soderinus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Decanus, obiit Romæ 16. cal. Iunii, anni 1524. Pontific. 1. ſepultus ad Populum,

Nicolaus de Fliſco, Genuenſis, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Decanus, obiit Romæ 18. cal. Iulii eiuſdem anni, ſepultus ad S. Mariam de Populo.

M. Cornelius Venetus, Epiſcopus Cardin. Præneſtinus, Archipresbyter S. Petri, Epiſcopus Veronenſis, & Patauinus, ac Patriarcha Conſtantinopolitanus, obiit Venetiis 13. cal. Auguſti, eodem anno: ſepultus ad S. Georgium maiorem.

Io. Baptiſta Palauicinus, Genuenſis, Presbyter Card. tt. S. Apollinaris, obiit in villa Fabricæ 19. cal. Septembris eiuſdem anni, ſepultus Romæ ad Populum.

Guilielmus Raymundus Vich, Hiſpanus, Presbyter Card. tt. S. Marcelli, obiit Verulis 8. cal. Auguſti, anni 1525. Pontific. 2. Romam relatus in titulo S. Crucis in Hieruſalem ſepultus eſt.

Sigiſmundus Gonzaga Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Mantuæ 3. nonas Octobris, eiuſdem anni, ibique ſepultus.

Scaramuccia Triuulcius, Mediolanenſis, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, obiit in monaſterio Magucciano ſuper Benacum, in diœceſi Veronenſi, ibiq; ſepultus, anno 1527. Pontificatus 4.

Hercules Rangonus Mutinenſis, Diac. Card. S. Agathæ obiit eodem anno Romæ, ſepultus in Diaconia ſua.

Franciſcus Armellinus, Peruſinus, Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, & S. R. E. Camerarius, obiit Romę menſe Septembri eiuſdē anni, ſepultus in tit.

Dominicus Iacobatius, Romanus, Preſbyter Card. tt. S. Clementis, obiit Romæ menſe Ianuario, anno 1528. Pontific. 5. ſepultus ad S. Euſtachium.

Ferdinandus Ponzettus, Florentinus, Preſbyter Card. tt. S. Pancratii, obiit Romæ menſe Martio eiuſdem anni, ſepultus ad S. Mariam de Pace.

Frater Chriſtophorus Numanus, Foroiulienſis, ordinis minorum de obſeruantia, Preſbyter Card. tt. S. Mariæ de Aracœli, obiit 10. cal. Aprilis anno 1528. Pontific. 5. ſepultus. . . .

Pyrrhus Gonzaga, Mantuanus, Diac. Cardin. S. Agathæ, obiit menſe Aprili, anni 1529. Pontific. 6.

Henricus de Cardona, Hiſpanus, Preſbyter Cardin. tt. S. Marcelli, obiit Romæ 7. Idus Februarii, anno 1530. Pontific. 6. ſepultus ad S. Mariam de Monte ſerrato.

Syluius Paſſerinus, Cortonenſis, Presbyter Cardin. tt. S. Laurentii in Lucina, obiit Romæ 12. cal. Maii anno eiuſdem, ſepultus in titulo ſuo.

Mercurius de Herborio, de Gattinara, Presbyter Cardin. tt. S. Io. ante portam Latinam, obiit anno 1530. Pontificatus 6.

Pompeius Columna, Preſbyter Cardin. tt. Damaſi, & S. R.E. Vicecancellarius, obiit Neapoli 4. calen. Auguſti anno 1532. Pontific. 9. cadauer ibidem in ſacrario Eccleſiæ monachorum montis Oliueti ſepultum eſt.

Laurentius Puccius, Florentinus, Epiſcopus Card. Prænestinus, & maior Pœnitentiarius, obiit Romæ 17. cal. Octobris eiuſdem anni, ſepultus ad Mineruam.

Magiſter Frater Egidius Viterbienſis, ord. Eremit. S. Auguſtini, Preſbyter Cardin. tt. S. Marcelli, & Patriarcha Conſtantinopolis, obiit Romæ pridie Idus Nouembris eiuſdem anni, ſepultus ad S. Auguſtinum.

Petrus Accoltus Aretinus, Epiſcopus Card. Sabinus, obiit Romæ 3. Idus Decembris, anno 1532. Pontific. 10. ſepultus ad Populum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannes, Gallus, Preſbyter Card. tt. Equitii, obiit in partibus, anno 1533.

Antonius de Monte S. Sabini Aretinus, Epiſcopus Card: Portuenſis, obiit Romæ 12. cal. Octobris, anno 1523. Pontific. 10. ſepultus ad S. Petrum in monte Aureo.

Franciottus Vrſinus, Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, obiit Romę prid nonas Ianuarii, anni 1534. Pontific. xi. ſepultus ad S. Petrum.

Guillelmus Euchauordius Belga, Gallus, Preſbyter Card: tt. SS. Ioannis, & Pauli, obiit Romæ menſe Iunio eiuſdem anni, ſepultus ad S. Mariam de Anina, nationis Theutonicorum.

Andreas de Valle Romanus, Epiſcopus Card. Præneſtinus, obiit Romæ pridie Idus Auguſti eiuſdem anni, ſepultus in S. Maria de Aracœli.

Gabriel de Acromonte, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obiit in partibus, anno 1534. Pontific. xi.

Magiſter frater Thomas de Vio, Caietanus, ordinis Prædicatorum, Archiepiſcopus Panhormitanus, Presbyter Card. tt. S. Xyſti, obiit Romæ 5. Idus Septembris eiuſdem anni, ſepultus ad Mineruam.

*Obitus Papæ Clementis VII.*

Anno Domini 1534. 6. cal. Octobris Romæ in palatio obiit Clemens Papa VII. eius cadauer primo ad S. Petrum ſepultum fuit, poſt ad eccleſiam S. Mariæ ſuper Mineruam tranſlatum eſt, cum Leonis Papæ 10. cadauere, ſub Paulo Papa III. Vacauit Romana ſedes dies 16.

Eodem anno Kal. Octobris eius Nouendialia more maiorum à Cardinalib. in Baſil. S. Petri celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 6. Idus Octobris, Miſſa Spiritus ſancti ab Epiſcopo Oſtienſe cantata, Cardinales in vrbe præſentes conclaue ingreſſi ſunt, loco conſueto in palatio Apoſtolico paratum, vbi die altero ingreſſus cõclauis, omnium ſuffragiis electus eſt Romanus Pontifex Alexander Farneſius, Epiſcopus Cardin. Oſtienſis, & Veliternus, collegiique Decanus, qui Paulus Papa III. appellatus eſt.

# Paulus III. Pontifex CCXXIII.

ANNO CHRISTI MDXXXIV.

PAulus Papa III. Alexander antea vocatus, patrem habuit Petrum Loiſium, ex nobili Farneſiorum familia ortus, quæ, etſi nunc inter Romanas primaria ſit, Vibeteri tamen eſt oriunda. qui ab Alexandro Papa VI. creatus Theſaurario, & Protonotario Apoſtolico Diaconus Card. SS. Coſmæ & Damiani. à Iulio vero II. S. Euſtachii. à Leone autem X. Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus. demum Clemente VII. primo ex Tuſculano Epiſcopus Card. Præneſtinus, poſt Sabinus, deinde Portuenſis, & S. Rufinæ nouiſſime Oſtienſis, & Veliternus creatus eſt. quo mortuo Romæ in eius locum omnium Cardinalium ſuffragio ipſe 4. Idus Octobris, anni 1534. Pontifex Maximus renunciatus, Kal. Nouembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Carolo V. Auguſto, annos 15. & dies 29.

*Cardinales XLVI. viui quando Paulus Papa III. creatus eſt.*

*Epiſcopi Cardinales VI.*

*Alex. VI. & Leo X.*

Alexander Farneſius, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Decanus.

*Iul. II. & Clem. VII.*

Franciſcus Guillelmus de Claromonte, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

*Leo X. & Clem. VII.*

Ioannes Picolomineus, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Io. Dominicus Cupis, Epiſcopus Card. Sabinus.

Bonifacius Ferrerius, Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Laurentius Campegius, Epiſcopus Card. Albanus.

Pre-

*Presbyteri Cardinales XXV.*

*Julius II. & Leo X.*

Matthæus Langus, tt. S. Angeli, S.R E. Archipresbyter.

*Leo Papa X.*

Lodouicus de Borbonio, tt. S. Sabinæ.

Albertus de Brandeburgo, tt. S. Petri ad Vincula.

* Eberardus de la Marcha, tt. S. Chryſogoni.

*Clemens Papa VII.*

Benedictus de Accoltis, tt. S. Euſebii.

Auguſtinus Spinola, tt. S. Cyriaci in Thermis, S.R.E. Camerarius.

Antonius Sanſeuerinas, tt. S. Apollinaris.

* Antonius de Prato tt. S. Anaſtaſiæ.

Ioannes Vincentius Caraffa, tt. S. Pudentianæ.

Marinus Grimanus, tt. S. Vitalis.

Andreas Matthæus Palmerius, tt. S. Clementis.

Frater Franciſcus Quignones, tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Franciſcus Cornelius, tt. S. Pancratii.

Franciſcus de Turnone, tt. SS. Marcellini, & Petri.

Bernardus Cleſius, tt. S. Stephani in Cœlio monte.

* Lodouicus de Goruo, tt. S. Cæſarii in palatio.

* Frater Garzias Loayſa, tt. S. Suſannæ.

* Alphonſus Manricus, Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

* Ioannes Tauera, tt. S. Ioannis ante portam Latinam.

* Ennecus de Mēdozza, tt. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Antonius Puccius, tt. SS. 4. Coronatorum, maior Pœnitentiarius.

Stephanus Gabriel, Merinus, tt. SS. Ioannis, & Pauli.

Ioannes de Vennent, tt. S. Bartholomæi inter pontes.

Claudius de Giuri, tt. S. Hagnetis in Agone.

Frater Philippus della Camera, tt. Equitii.

*Diaconi Cardinales XV.*

*Leo Papa X.*

Innocentius Cibo S. Mariæ in Domnica, S. R. E. Archidiaconus.

Paulus Cæſius, S. Euſtachii.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Alexander Cæſarinus, S. Mariæ in via lata.
Ioannes Saluiatus, SS. Coſmæ, & Damiani.
Nicolaus Rodulphus, ſanctæ Mariæ in Coſmedin.
Auguſtinus Triuulcius, S. Hadriani.
Franciſcus Piſanus, S. Marci.
* Alphonſus, S. Luciæ in Septiſolio.
Ioannes Lotharingus, S. Onophrii.

*Clemens Papa VII.*

Hercules Gonzaga, S. Mariæ nouæ.
Nicolaus Gadelus, S. Theodori.
Hieronymus Grimaldus, S. Georgii in Velabro.
Hippolytus Medices, S. Laurentii in Damaſo, S. R. E. Vi-cecancellarius.
Hieronymus de Auria, S Thomæ in Parione.
Odettus de Caſtillione, SS. Sergii, & Bacchi.

*Prima creatio II. Cardinalium.*

Anno Domini 1534. Pontific. primo, 15. cal. Ianuarii Romæ Paulus Papa III. primo duos creauit Cardinales, qui fuere

Alexander Farneſius, Romanus, Papæ nepos, Diac. Card. S. Angeli, poſt S. Laurentii in Damaſo, & S. R. E. Vicecancellarius.
Guido Aſcanius Sfortia, Romanus, Comes S. Floræ, Pauli Papæ nepos, Diaconus Cardinalis SS. Viti & Modeſtæ in macello martyrum, poſt S. Mariæ in Coſmedin, deinde S. Euſtachii, & S.R.E. Camerarius.

*Secunda VII. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1535. Pontific. primo, 12. cal. Iunii Romæ Paulus Papa III. iterum creauit Cardinales, qui fuere
Magiſter frater Nicolaus Aſcombergh, Miſnenſis, Saxo Germanus, ordinis prædicatorum Theologus, Archiepiſcopus Capuanus, Presbyter Card. tt. S. Xyſti.
Ioannes Bellaius Francus, Gallus, Epiſcopus Pariſienſis, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, poſt S. Hadriani, deinde S. Chryſogoni.

Hie-

Hieronymus Ghinuccius, ciuis, & canonicus Senenſis, Epiſcopus Aſculanus, Cameræ Apoſtolicæ Auditor, Presbyter Card. tt. S. Clementis.
Iacobus Simonetta, Mediolanenſis, Auditor Rotæ, Epiſcopus Piſaurenſis, Presbyter Cardin. tt. S. Cyriaci in Thermis, poſt S. Apollinaris.
Ioannes Fiſcherius, Anglus, Epiſcopus Roffenſis, Presbyter Card. tt. S. Vitalis.
Gaſper Contarenus, Venetus, Presbyt. Card. tt. S. Praxed.
Marinus Caracciolus, Neapolitanus Protonot. Apoſtolicus, & pro Duce Mediolani, Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro; ſed hunc non niſi pridie cal. Iunii publicauit.

*Tertia XII. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1536 Pontific. 3. xi. cal. Ianuarii Paulus Papa III. Romæ 11. creauit Cardinales, qui fuere
Io. Maria de Monte ſancti Sabini, Aretinus, Tuſcus, Archiepiſcopus Sypontinus, Cameræ Apoſtolicæ Auditor, Presbyter Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
Ioannes Petrus Caraffa, Neapolitanus, Archiepiſcopus, Presbyter Card. tt. S. Clementis.
Ennius Philonardus de Bauco, Romanus, Epiſcopus Verulanus, Arcis præfectus, Presbyter Card. tt. S. Angeli.
Chriſtophorus Iacobatius Romanus, Epiſcopus Caſſanenſis, Datarius Papæ, & Rotæ Auditor, Presbyter Cardinalis.
Carolus, Gallus, Epiſcopus Matiſconenſis orator regis Francorum, Presbyter Card. tt. S. Matthæi.
Iacobus Sadoletus Mutinenſis, Epiſcopus Carpenctoracenſis, Presbyter Cardin. tt. S. Caliſti, poſt S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.
Rodulphus Pius Carpenſi, Epiſcopus Agrigentinus, Presbyter Card. tt. S. Priſcæ, poſt S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.
Reginaldus Polus, Anglus, Diac. Cardin. SS. Nerei, & Achillei, poſt S. Mariæ in Coſmedin.
Rodericus Borgia, Valẽtinus, Hiſpanus, fili⁹ Ducis de Cã-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dia, Diac. Cardinalis, tres alios ſibi in pectore reſeruauit, nominandos per Imperatorem, regem Franciæ, & Remp. Venetam.

*Quarta duorum Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1538. Pontific. 4. 3. Idus Martii, Romæ Paulus Papa III. duos creauit Cardinales; qui fuerunt

Hieronymus Aleander ex comitibus Landri in Carnia, ex oppido Mota diœceſis Cœnetenſis, Foroiulienſis, Archiepiſcopus Brunduſinus, Presbyter Cardin. tt. S. Chryſogoni.

Nicolaus Caietanus de Sermoneta Romanus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano.

*Quinta vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1538. Pontific. 4. 15. cal. Nouembris Romæ, Paulus Papa III. vnum creauit Cardinalem, qui fuit Petrus Sarmentus, filius Comitis de Salinas, Hiſpanus, Archiepiſcopus Compoſtellanus, Presbyter Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

*Sexta Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1538. Pontific. V. 13. cal. Ianuarii Romæ Paulus Papa III. ſex creauit Cardinales, in his fuerunt tres, quos ſibi in tertia XII. Cardinalium ordinatione in pectore reſeruauerat: fuerunt autem

Frater Ioannes Aluari, de Toleto, filius Ducis de Alba Hiſpanus, ordinis prædicatorum, Epiſcopus Burgenſis, Presbyter Cardin. tt. S. Xyſti, deinde Archiepiſcopus Compoſtellanus, & Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Ennecus Manricus, filius Marchionis de Aguilar, Hiſpanus, Epiſcopus Cordubenſis, Presbyter Cardin. tt. SS. Ioannis & Pauli.

Robertus Lucemburgenſis de Lenoncourt, Campanus Gallus, Epiſcopus Catalaunenſis, Presbyter Cardin. tt. S. Anaſtaſiæ, poſt tt. S. Apollinaris.

David de ſancto Andrea, Scotus, Epiſcopus Mirapicenſis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Hipp

Hippolytus Eſtenſis, Ferrarienſis, frater Ducis Ferrariæ, electus Archiepiſcopus Mediolanenſis, Diaco. Card. S. Mariæ in Aquiro: quem non publicauit niſi 3. Nonas Martii, anni 1539. quum à Rege Francorum nominatus eſſet.

Petrus Bembus, Venetus, Epiſcopus Bergomenſis, Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni, poſt S. Clementis, quem quoquè petentibus Venetis IX. Cal. April. anni 1539. publicauit.

*Septima XII. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1539. Pontific. 6. 14. Cal. Ianuarii, Romæ Paulus Papa III. XII. creauit Cardinales; qui fuere

Fridericus Fregoſius, Genuenſis, Archiepiſcopus Salernitanus, Presbyt. Card.

Petrus de Bauma, ex comitatu Burgundiæ, Gallus, Epiſcopus Gebennenſis, & Archiepiſcopus Biſuntinus, Presbyter Card. tt. SS. Ioannis, & Pauli.

Antonius de Medon, Francus, Gallus, Epiſcopus Aurelianenſis, Presbyt. Card. tt. S. Mariæ in porticu.

Vbertus Gambara Brixienſis, Epiſcopus Terdonenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Apollinaris, poſt S. Chryſogoni.

Aſcanius Pariſianus, Tollentinas, Picenus, Epiſcopus Ariminenſis Theſaurarius Papæ, Presbyter Cardinalis tt. S. Pudentianæ.

Petrus Paulus Pariſius, Conſentinus, Calaber, Auditor cameræ Apoſtolicæ, Presbyter Cardinalis tt. S. Balbinæ.

Marcellus Ceruinus, de monte Politiano, Florentinus, Tuſcus, ſecretarius Papæ, electus Epiſcopus Neocaſtrenſis, Presbyt. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Bartholomæus Guidiccionus, Lucenſis, electus Epiſcopus Aprutinus, Vicarius Papæ in vrbe, Presbyter Card. tt. S. Cæſarii in palatio, poſt S. Priſcæ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magiſter frater Dionyſius Laurerius, Beneuentanus, ordinis fratrum Seruorum prior generalis, Theologus, Presbyt. Card. tt. S. Marcelli.

Henricus Borgia, Valentinus, Hiſpanus, filius Ducis de Candia Diac. Cardinalis.

Iacobus Sabellus Romanus, Diac. Card. S. Luciæ in Sepoſolio, poſt SS. Coſmæ, & Damiani.

Michael Siluius, Portugallenſis, Hiſpanus, Epiſcopus Viſenſis, Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum, poſt tt. S. Praxedis qui tamen non niſi 4. Nonas Decemb. anni 1541. publicatus fuit.

*Octaua VII. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1542. Pontificatus 8. 4. Nonas Iunii, Romæ Paulus Papa III. ſeptem creauit Cardinales; qui fuere

Marcellus Creſcentius, Romanus, Epiſcopus Marſicanus auditor Rotæ, Presbyter Cardinalis tt. S. Marcelli.

Io. Vincentius Aquauiua de Arragonia, Neapolitanus, Epiſcopus Melfitenſis, arcis præfectus, Presbyter Card. tt. S. Martini in montibus.

Pomponius Cæcius, Romanus, Epiſcopus Sutrinus & Nepeſinus, Vicarius Papæ in vrbe, Presbyter Cardinalis.

Robertus Puccius, Florentinus, Epiſcopus Piſtorienſis, Presbyt. Card. tt. SS. 4. Coronatorum, poſt maior Pœnitentiarius.

Ioannes Moronus Mediolanenſis, Epiſcopus Mutinenſis, Presbyt. Card. tt. S. Vitalis poſt tt. S. Stephani in Cælio monte.

Domnus Gregorius Corteſius, Mutinenſis, Monachus congregationis Caſſinenſis, & Abbas S. Benedicti in Padulirone, Presbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Magiſter frater Thomas Badia, Mutinenſis, ordinis fratrum prædicatorum, Theologus, Magiſter ſacri palatii, Presbyter Card. tt. S. Sylueſtri in campo Martio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Nona vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1544. Pontific. x. 5. Nonas Iulii, Romæ Paulus Papa III. vnum creauit Cardinalem; is fuit

Chriſtophorus Madruccius, ciuis, & Epiſcopus Tridentinus, & adminiſtrator Brixinenſis, Presbyt. Cardin. tt. S. Cæſarii in palatio.

*Decima XIII. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1544. Pontificat. xi. 14. Calend. Ianuarii, Romæ Paulus Papa III. treſdecim creauit Cardinales, qui fuere

Gaſpar de Aualos. Hiſpanus, Archiepiſcopus Compoſtellanus, Presbyter Card.

Georgius de Arminiaco Vaſco, Gallus, Epiſcopus Ruthenenſis Presbyter Cardin. tt. SS. Ioannis, & Pauli.

Franciſcus de Mendozza, filius Marchionis de Cagnete, Hiſpanus, Epiſcopus Caurienſis, Presbyter Card. tt. S. Mariæ de Aracœli, poſt tt. S. Ioannis ante portam Latinam, & Epiſcopus Burgenſis.

Iacobus Danebault, Nortmandus, Gallus, Epiſcopus Lexouienſis, Presbyter Cardin. tt. S. Suſannæ.

Otho Truchſes, ciuis, & Epiſcopus Auguſtanus, Germanus, Presbyter Card. tt S. Balbinæ.

Bartholomæus de la Cueua, filius Ducis de Alburquerque, Hiſpanus, tt. S. Matthæi.

Franciſcus Sfondratus Cremonenſis, Epiſcopus Melfitēſis, Presbyter Cardinalis tt. SS. Nerei, & Achillei, poſt S. Anaſtaſiæ.

Fridericus Cæſius, Romanus, Epiſcopus Tudertinus, Presbyter Card. tt. S. Pancratii.

Durantes de Durantibus, Brixienſis, Presbyter Card. Baſilicæ SS. xii. Apoſtolorum.

Nicolaus Ardingellus, Florentinus, Epiſcopus Foroſempronienſis, Presbyt. Card. tt. S. Apollinaris.

Andreas Cornelius, Venetus, electus Epiſcopus Brixianus, Diacon. Card. S. Theodori.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hieronymus de Capiteferreo, Romanus, Datarius, Dia-
conus Card. S. Georgii in Velabro.

Tiberius Criſpus Romanus, Arcis præfectus, Diac. Card.
S. Agathæ.

*Vndecima IV. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1545. Pontificat. 12. 17. Cal. Ianuarii, Ro-
mæ, Paulus Papa III. quatuor creauit Cardinales, qui fu-
ere

Georgius de Amboſia, Gallus, Archiepiſcopus Rotho-
magenſis, Presbyter Card.

Henricus frater regis Portugalliæ, Luſitanus, Hiſpanus,
Archiepiſcopus Elborenſis, Presbyter Card. tt. SS. IV.
Coronatorum.

Petrus Parciecus de Villena, Hiſpanus, Epiſcopus Pampe-
lonenſis poſt Giennenſis, deinde Seguntinus, Presbyter
Cardinalis.

Frater Rainuccius Farneſius, Romanus, Papæ nepos, Mi-
les Hoſpitalis, & Prior Venetiarum, electus Archiepi-
ſcopus Neapolitanus, Diac. Card. & paulo poſt Presby-
ter tt. S. Angeli, maior Pœnitentiarius, & Archiepiſco-
pus Rauennas.

*Duodecima vnius Cardinalis creatio.*

Anno Domini 1547. Pontificat. 13. 6. Calend. Augusti
Paulus Papa III. Romæ creauit Cardinalem vnum, qui
fuit

Carolus de Guiſa, Lotharingus, Campanus, Gallus, Pres-
byt. Card. tt. S Cæciliæ.

*Tertiadecima II. Cardinalium creatio.*

Anno Domini MDXLIX. Pontificat. XV. 5. Idus Ianuarii
Romæ Paulus Papa III. duos creauit Cardinales, qui fu-
ere

Carolus Borbonius de Vendoſme, Picardus, Gallus, Dia-
conus Card. S Xyſti.

Iulius de Ruuere Vrbinas, Diaconus Cardinalis S. Petri ad Vincula.

*Quartadecima IV. Cardinalium creatio.*

Anno Domini 1549. Pontific. 15. 8. Idus Aprilis Romæ Paulus Papa III. quatuor creauit Cardinales, qui fuere

Hieronymus Verallus, Romanus, Archiepiſcopus Roſanenſis, Auditor Rotæ, Presbyter Card. SS. Syluestri, & Martini in montibus, tt. Equitii.

Io. Angelus Medices, Mediolanenſis, Archiepiſcopus Raguſinus, Presbyt. Card. tt. S. Pudentianæ.

Philibertus Ferrerius, Vercellenſis, Epiſcopus Eporedienſis, Presbyt. Card. tt. S. Vitalis.

Bernardinus Maffeus, Romanus, Epiſcopus Maſſanus, Presbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

*Epiſcopi Cardinales XXII. creati à Paulo Papa III.*

Ioannes Picolomineus ex Portuenſi Epiſcopus Card. Oſtienſis & Veliternus.

Io. Dominicus Cupis, ex Sabino Epiſcopus Card. Portuenſis, poſt Oſtienſis.

Bonifacius Ferrerius, ex Prænestino Epiſcopus Card. Sabinus, poſt Portuenſis.

Laurentius Campegius, ex Albano Epiſcopus Card. Prænestinus, poſt Sabinus.

Matthæus Langus, ex Presbytero tt. S. Angeli Iulii II. Epiſcopus Card. Albanus.

Antonius Sanſeuerinus, ex Presbytero tt. S. Mariæ Tranſtiberim Clementis VII. Epiſcopus Cardinalis Albanus, poſt Prænestinus, deinde Sabinus, demum Portuenſis.

Io. Vincentius Caraffa, ex Presbytero tt. S. Priſcæ Clementis VII. Epiſcopus Cardinalis Albanus, poſt Prænestinus.

Marinus Grimanus, ex Presbytero tt. S. Marcelli Clemẽtis

VII. Epiſcopus Cardin. Albanus, poſt Tuſculanus, do-
mum Portuenſis, & S. Rufinæ.

Franciſcus Cornelius, ex Presbytero tt. S. Praxedis Cle-
mentis VII. Epiſcopus Cardinalis Albanus, poſt Præ-
neſtinus.

Alexander Cæſarinus, ex Diacono S. Mariæ in via lata Leo-
nis X. Epiſcopus Card. Albanus.

Antonius Puccius, ex Presbytero tt. SS. quatuor Clemen-
tis VII. Epiſcopus Card. Albanus.

Ioannes Saluiatus, ex Diacono SS. Coſmæ, & Damiani
Leonis X. Epiſcopus Card. Sabinus, poſt Portuenſis &
S. Rufinæ.

Frater Philippus de la Camera, ex Presbytero tt. Calixti
Clementis VII. Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Io. Maria de Monte, ex Presbytero tt. S. Vitalis, Epiſc. Card.
Præneſtinus.

Io. Petrus Caraffa, ex Presbytero Cardinale tt. S. Mariæ
Tranſtiberim, Epiſcopus Cardinalis Albanus, poſt Sa-
binus.

Ennius Philonardus de Baucco, ex Presbytero tt. S. Ange-
li, Epiſcopus Card. Albanus.

Auguſtinus Spinola, ex Presbytero tt. S. Cyriaci in Ther-
mis, Presbyter tt. S. Apollinaris.

Nicolaus Rodulphus ex Diacono S. Mariæ in Coſmedin
Diaconus S. Euſtachii, poſt S. Mariæ in via lata.

Nicolaus Gaddus ex Diacono S. Theodori Diaconus SS.
Viti, & Modeſtæ in macello.

Paulus Papa III. quatuordecim ordinationibus menſibus
Ianuario, Martio, Aprili, Maio, Iunio, Iulio, Octobri &
Decembri factis Cardinales LXXI. creauit, videlicet Epi-
ſcopos XII. ſed nouem ex antiquis Cardinalibus, Pres-
byteros LIV. & Diaconos XIV.

*Vicecancellarii S. R. E. ſub Paulo*
*Papa III.*

Hippolytus Medices, Diac. Card. S. Laurentii in Damaſo
anno Pontificat. I.

Alexander Farneſius Diaconus Card. S. Laurentii in Damaſo, ab anno primo ad finem Pontificatus.

*Cardinales LXII. mortui ſub Paulo Papa III.*

Stephanus Gabriel Merinus, Hiſpanus, Presbyter Card. tt. Pammachii, obiit Romæ menſe Auguſto, anno 1535. Pontific. 1. ſepultus ad S. Iacobum Hiſpanorum.

Ioannes Fiſcherius, Anglus, Presbyt. Card. tt. S. Vitalis occiſus eſt in Anglia à rege Henrico VIII. Londini pro catholicæ partis defenſione.

Hippolytus Medices, Florentinus, electus Archiepiſcopus Montis Regalis Diac. Card. S. Laurentii in Damaſo, & S.R.E. Vicecancellarius obiit, veneno extinctus apud Itrum Nonis Auguſti, anni 1535 cadauer Romam relatum in titulo S. Laurentii in Damaſo ſepultum eſt.

Andreas Matthæus Palmerius, Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Clementis obiit Romæ III. Idus Febr. anno 1537. Pontific. 3. ſepultus ad Populum.

Marinus Carracciolus, Neapolitanus, pro Dux Mediolani, Diaco. Card. S. Mariæ in Aquiro, obiit Mediolani prid. Cal. Iunii eiuſdem anni, ſepultus in cathedrali.

Paulus Cæſius, Romanus, Diacon. Card. S. Euſtachii, obiit Romæ Nonis Auguſti eodem anno, ſepultus ad S. Mariam maiorem, cuius erat Archipresbyter.

Frater Nicolaus à Scombergh, Sueuus, Germanus, ord. prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. Xyſti, obiit Romæ 5. Idus Septemb. eodem anno ſepultus ad Mineruam.

Auguſtinus Spinola, Sauonenſis, Ligur, Presbyt. Card. tt. S. Apollinaris & S.R.E. Camerarius, obiit Romæ 16. Cal. Nouemb. anno 1537. Pontific. 4. Sauonam delatus ibidem maiorum ſuorum ſepulchris illatus eſt.

Rodericus Borgia, Valentinus, Hiſpanus, filius Ducis de Candia, Diac. Cardinalis in Hiſpania per hæc tempora obiit.

Lodouicus de Goruo, Maurianenſis, Allobrox, Presbyter Card. tt. S. Cæſarii in palatio, obiit in partibus.

Alphonſus frater Regis Portugalliæ Luſitanus, Hiſpanus, Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio, obiit in Portugalia, anno 15·7.

Matthæus Langus, Curcenſis Germanus, Archiepiſcopus Saltzburgenſis, Epiſcopus Card. Albanus obiit in Germania per hæc tempora.

Io. Picolomineus, Senenſis, Epiſcopus Card. Oſtienſis & Decanus, obiit Senis, anno 1537. ibique in cathedrali ſepultus eſt.

Bernardus Cleſius, Germanus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, obiit Brixini, cadauer Tridentum tranſlatum, in Cathedrali ſepultum eſt, Anno Domini 1538. Pontificatus 4.

Ennecus de Mendozza, Hiſpanus, Presbyt. Card. tt. S. Nicolai in carcere Tulliano, obiit Romæ, ſepultus ad Ara cœli, & paulo poſt in Hiſpaniam translatus anno eodem.

Euerhardus de la Marcha, Presbyter Cardinal. tt. S. Chryſogoni, obiit Leodii in Germania, cuius Epiſcopus erat, ibique in cathedrali ſepultus anno 1538.

Antonius de Prato, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, & Galliarum legatus, obiit in Gallia, ibique ſepultus eodem anno.

Laurentius Campegius Bononienſis, Epiſcopus Cardinalis Prænestinus, obiit Romæ menſe Auguſto, anno 1539. Pontificat. V. ſepultus ad S. Mariam Transtiberim.

Carolus . . . Gallus, Presbyter Card. tt. S. Matthæi, obiit eodem anno in partibus, ibique ſepultus.

Alphonſus Manricus, Presbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum, obiit eodem anno in Hiſpania.

Iacobus Simonetta Mediolanenſis, Presbyter Card. tt. S. Apollinaris, obiit Romæ Cal. Nouembris, anno 1539. Pontificat. 6. ſepultus ad S. Trinitatem in monte Pincio.

Franciſcus Guillelmus de Claromonte, Gallus, Epiſcopus C

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Card. Tuſculanns, Decanus, Auinioniſq; legatus, obiit Auinione, anno 1540. ſepultus ad eccleſiam Cæleſtinorum apud pontem Sorgiæ.

Frater Franciſcus Quignones, Hiſpanus, ord. minorum, Presbyter Cardinalis tt. S. Crucis in Hieruſalem, obiit Verulis menſe Septembri, anno 1540 Pontificat. 6. cadauer Romam relatum in titulo ſuo ſepultum eſt.

Chriſtophorus Iacobatius Romanus, Presbyt. Cardinal. obiit Peruſii, vbi legatus erat, menſe Septemb. eiuſdem anni: cadauer Romam portatum in Diaconia S. Euſtachii ſepultum eſt.

Henricus Borgia, Valentinus, Hiſpanus, Diac. Cardi. obiit eodem anno, & menſe Viterbii, Romam portatus in ſacrario S. Petri ſepultus eſt.

Ioannes Vincentius Caraffa, Neapolitanus, Epiſc. Cardin. Præneſtinus, obiit Neapoli menſe Septembri eiuſdem anni, ſepultus in cathedrali.

Ennecus Manricus, Hiſpanus, Presbyter Cardin. tt. Pammachii, obiit Romæ menſe Octobri, anno 1540. cadauer in Hiſpaniam tranſlatum.

Hieronymus Ghinuccius, Senenſis, Presbyter Card. tt. S. Clementis, obiit Romæ menſe Iunio, anni 1541. Pont. 7. ſepultus in titulo ſuo.

Fridericus Fregoſius, Genuenſis, Presbyter Card. obiit Eugubii xı. Cal. Auguſti eiuſdem anni, ibidem in eccleſia S. Crucis ſepultus.

Petrus Sarmentus, Hiſpanus, Presbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum, obiit Lucæ, anno Domini 1541.

Hieronymus Aleander Carnus, Presbyter Cardin. tt. S. Chryſogoni, obiit Romæ Cal. Februarii, anno 1542. Pontific. 8. ſepultus in titulo ſuo.

Alexander Cæſarinus, Romanus, Epiſcopus Cardin. Albanus, obiit Romæ Idibus Februarii eodem anno, ſepultus ad eccleſiam S. Mariæ de Aracœli.

Gaſpar Contarenus, Venetus, Presb. Card. tt. S. Praxedis, obiit Bononiæ, cuius legatus erat menſe Auguſt. eodem anno, ſepultus ad S. Petronium.

Pomponius Cæcius, Romanus, Presbyter Card. & Vica-
rius Papæ in vrbe, obiit Romæ eodem anno, & menſe
Laterani ſepultus.

Frater Dionyſius Laurerius, Beneuentanus, Epiſcopus Vr-
binas, ordinis Seruorum, Presbyter Cardin. tt. S. Mar-
celli, Cāpaniæ Legatus, obiit 15. Cal. Octob. anno 1542.
ſepultus in titulo ſuo.

Ioannes de Veneur, Gallus, Presbyter Cardinalis tt. S.
Bartholomæi in Inſula, obiit eodem anno in Gallia, ibi-
que ſepultus.

Bonifacius Ferrerius Vercellenſis, Epiſc. Card. Portuenſis,
obiit Romæ IV. Nonas Ian. anno 1543. Pontificatus 9.
ſepultus ad S. Trinitatem in monte Pincio.

Hieronymus Grimaldus, Genuenſis, Diaco. S. Georgii in
Velabro, obiit eod. anno Genuæ.

Antonius Sanſeuerinas, Neapolitanus, Epiſcopus Portuen-
ſis, obiit Romæ 17. Cal. Septemb. eiuſdem anni, ſepul-
tus ad S. Trinitatem in Pinciis.

Franciſcus Cornelius, Venetus, Archipresbyter S. Petri,
Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, obiit Viterbi, menſe
Septemb. eiuſdem anni.

Petrus de Bauma, Burgundus, Gallus, Presbyt. Cardin. tt.
Pammachii, obiit Arboſii in Burgundia, Anno 1544.
Pontific. x.

Ioannes Tauera, Hiſpanus, Presbyt. Cardin. tt. S. Io. ante
portam Latinam, Archiepiſcopus Toletanus, obiit, &
ſepultus eſt in Hiſpania eod. anno.

Antonius Puccius, Florentinus, Epiſcopus Card. Albanus,
& maior Pœnitentiarius, obiit Balneoregii in Tuſcia
eodem anno: cadauer Romam relatum in choro eccle-
ſiæ S. Mariæ de Minerua ſepultum eſt.

Petrus Paulus Pariſius, Conſentinus, Calaber, Presbyter
Cardin. tt. S. Balbinæ, obiit Romæ 5. Idus Maii, Anno
1545. Pontificat. XI.

Gaſpar Daualos, Hiſpanus, Presbyt. Card. obiit eod. anno
in Hiſpania.

Alb-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Albertus ex Marchionibus Brandeburgenſibus, Archiepiſcopus Moguntinus, Presbyt. Card. tt. S. Petri ad Vincula, obiit eodem anno in Germania.

Frater Garzias Loayſa, Hiſpanus, ord. Prædicatorum, Presbyt. Card. tt. S. Suſannæ, obiit, & ſepultus eſt in Hiſpania, anno 1546. Pontific. 12.

Dauid de S. Andrea, Scotus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio, occiſus eſt in Scotia, ibiq; ſepultus anno 1546.

Ioannes Vincentius Aquauiua, Presbyter Card. tt. S. Martini in montibus, obiit apud Ytrum menſe Auguſto eiuſdem anni.

Marinus Grimanus, Venetus, Patriarcha Aquileienſis, Epiſcopus Card. Portuenſis, obiit Vrbeueteri menſe Septembri, anno 1546.

Robertus Puccius, Florẽtinus, Presbyter Card. tt. SS. quatuor Coronatorum, & maior Pœnitentiarius, obiit Romæ 17. Cal. Febr. anni 1547. Pontificat. 13. ſepultus in choro fratrum S. Mariæ ſuper Mineruam.

Petrus Bembus, Venetus, Presbyter Card. tt. S. Clementis, obiit Romæ 16. Cal. Febr. anno eodem. ſepultus ad S. Mariam de Minerua.

Nicolaus Ardingellus, Florentinus, Presbyter Cardin. tt. S. Apollinaris, obiit Romæ 10. Cal. Septẽb. anno 1547. ſepultus ad S. Mariam de Minerua.

Frater Thomas Badia, Mutinenſis, ord. prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. Silueſtri, obiit Romæ 8. Idus Septemb. eiuſdem anni, ſepultus ante fores Mineruæ.

Iacobus Sadoletus, Mutinenſis, Presbyter Card. tt S. Petri ad Vincula, obiit menſe Octob. eiuſdem anni, ſepultus in titulo ſuo.

Auguſtinus Triuulcius, Mediolanenſis, Diaconus Cardinalis ſancti Hadriani, obiit Romæ III. Calend Aprilis, Anno 1548. Pontificatus XIV. ſepultus ad Populum.

Domnus Gregorius Corteſius, Mutinenſis, monach. Caſ-

ſinas;Presbyt. Car. tt. S. Cyriaci in Thermis, obiit R
mæ xi. Calend. Octobris eodem anno, ſepultus ad S
Apoſtolos.

Vbertus Gambara, Brixienſis, Presbyter Card. tt. S. Chry
ſogoni, Romę obiit 16. Cal. Martii, anno 1549. Pontif
15. ſepultus in titulo ſuo.

Aſcanius Pariſianus Tollentinas, Picenus, Presbyt. Ca
tt. S. Pudentianæ, obiit Romæ prid. Nonas Aprilis ei
dem anni, ſepultus ad S. Marcellum.

Philibertus Ferrerius, Vercellenſis, Presbyt. Cardin. tt. S
Vitalis, obiit Romæ 19. Cal. Septembris, anni 1549. ſe
pultus ad S. Mariam de Pace.

Benedictus de Accoltis Arretinus, Presbyter Card. tt. S
Euſebii, obiit & ſepultus eſt Florentiæ eodem anno, &
menſe.

Bartholomæus Guidiccionus Lucenſis, Presbyter Card. tt
S. Priſcæ, Romę obiit anno 1549. Pontific. 16. prid. No
nas Nouembr. cadauer Lucam tranſlatum in cathedra
li ſepultum eſt.

*Obitus Pauli Papæ III.*

Anno Domini 1549. 4. Idus Nouembris, hora inter
& xii. die Solis in Quirinali, obiit Paulus Papa III. annu
agẽs 82. cadauer ad S. Petrum portatum ibidem ſepultum
eſt. Vacauit ſedes menſes 2. & dies 29.

Eodem anno 13. Cal. Decembris more maiorum
Nouendialia à Cardinalibus in Baſilica S. Petri celebr
ſunt cœpta: orationem funebrem habuit D. Romulus
maſæus vir doctiſſimus.

Eodem anno 3. Cal. Decembris, Miſſa Spiritus ſancti
Epiſcopo Portuenſe cantata, Cardinales in vrbe præſ
tes pro noui Pontificis lectione conclaue ingreſſi ſunt
co conſueto paratum: vbi altero menſe, & die 10. poſt
ingreſſum, videlicet 6. Idus Feb. anni 1550. elegerũt in
manum Pontificẽ Io. Mariam de Monte Epiſcopum Ca
Prænestinum, qui Iulius Papa III. appellatus eſt.

En

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ennius Philonardus de Bauco Romanus, Epiſcopus Card. Albanus, obiit 14. Cal. Ianuarii anni 1549. ſede Apoſtolica vacante in Arce S. Angeli. cadauer ad S. Onophriũ ſepultum eſt.

Nicolaus Rodulphus Florentinus, Diac. Card. S. Mariæ in via lata, obiit Romæ Cal. Februarii anni 1550. ſede Apoſtolica vacante, cadauer ad S. Auguſtinum ſepultum eſt.

## Iulius III. Pontifex CCXXIV.

### Anno Christi mdl.
